

MONO-

CEROLOGIA,
SEU

De Genui-

nis Unicornibus

Dissertatio

Scripta

PAULO LUDOVICO

Sachsio, Med. D.

Cicero l. 2. de Inventione.

Nihil in simplici genere omni ex parte
perfectum atq; beatum natura expoli-
vit, tanquam coeteris non sit habitura,
quod largiatur, si uni omnia conces-
serit.

RACEBURGI,

Typis NICOLAI Nissen/ 1676.

VIRO
Amplissimo, Spectatissimo ac
Prudentissimo Domino,
D. ABRAHAMO
DOŁINS,
Ecclesiae Belgico-
Germanicæ Londinensis Se-
niori meritissimo, Affinis suo
dilectissimo,
Munusculum hoc offert
ac
Dedicat



Autor.

LE-

LECTORI BE-
NEVOLO SALU-
TEM!

Inter morbos, qui-
bus summus rerū
Arbiter & justissi-
mus scelerū Vin-
dex peccata generis humani
flagellare solet, hos, quos Me-
dicorum Schola acutos, ma-
lignos, pestilentiales & venel-
natos vocare amat, omniū
esse gravissimos, nemo est,
qui ignoret. Hi quippearma-
tâquē manu & acie instructa
ipsam vitæ arcem Cor oppu-
gnant,

A 2

gnant, & hoc, nisi benè mun-
tum & generosis præsidiis sti-
patum sit, brevitemporis mo-
rà expugnant. Ideo etiam ce-
leres motus facere, magnum
horrendorum symptomatū
σύρραξιν adducere, de uno ad
plures serpere, longè latequè
grassari, & magnam mortaliū
stragem edere solent. Ratio
experientia duo certissimi
& fidissimi Artis Machaoni-
cae Magistri vicos in hac no-
stra palestra consignatos
doquit, cathartieis & evacuan-
tibus insultus & perniciem il-
lorum tamen submoveri aut
immixti aut cohiberi, quia
haec non semper in humorum

2000

a A

vitio

vitio sunt posita, & pernicies
 vacuato sanguine & spiritu in
 pulmones, venas & ipsum cor
 facilius penetrare, & ferociam
 majori invalefcere potest.
 Sanguis enim phlebotomiā
 concitatus promptius labem
 contrahit, quemadmodum
 aqua, cui fellis tantulum injui-
 citur, si agitur, ocyus, quam
 si consistat, amarescit. Ale-
 xanderus, antidosis & sudorix
 feris certius auxilium & fir-
 miora expectanda sunt prae-
 dia. Hæc viâ per poros & in-
 sensibiles meatus aperta &
 cordenoxis subsidiis iuncto
 hostem ad fugam lassitude, &
 ecthymas probogata deposito den-
 sata.

jicere volent. Ea Eminentissimi in mortales est clemētia & bonitas, ut pessimis nostræ vitæ insidiationibus & oppugnationibus etiā suos hostes & oppugnatores opposuerit. Etenim quo canit Ovidius lib. i. de Remed. Amoris, Mille malis spiccas, mille salutis emis. Pharmacorum & antidotorum catalogum hic texeremus. Certum est his soci annumerari Monocerotis cornus sive unicoru verum. Quandoqvidem vero variæ de hoc veterum recentiumq; extant sententiæ, neq; omnibus huj; indoles & vis etiamnum est satis cognita, pagellas hasce

hasce iisdem implere, & candido doctorum judicio subjicere volo. Fateor, viros in arte nostrâ celeberimos glaciem hanc jam fregisse, & eruditissimis suis scriptis multa ad artem abscondita vel dubia in lucem produxisse ; at non exiguum aliis mihi quæ specilegium relictum esse nemō diffitebitur. Restant enim semper, quæ discamq, & fututo saeculo tanta forsitan non plura reservantur, quanta nobis induxit lumine vates. Vere & nervosè Aratus :

πάντα, γὰρ πέπω
Ἐκ Διὸς δύνθρωπος γινώσκουεν
αλλ᾽ εἴτε πολλά

Kέκρυπται, τῶν αἰνει, θέλη, καὶ
ἔγινε παδῶσει.

- *Omnis mundum,*
Ex fore mortales cognoscimus, oc-
cultis ille.

Plurima, dum libitum fuerit, tum
tradit ē illa.

Si ex paucis pagellis hisce u-
tilitatis quid curioso & bene-
volo lectori accesserit, jure
merito de hoc mihi gratula-
bor, si nūs, aliis ad meliora
meditanda, & in lucem pro-
ferenda, ansam fastem me-
præbuisse, sat mihi
crit.



DEO



DEO DUCE! MONOCERO-

LOGIAS
Cap. I.

De verâ Unicornu- tum existentiâ, & à Rhinocer- ote Distinctione.

SI ullâ in re Autho-
rum diversa judicia,
dispar sententiæ &
descriptions repugnantes
deprehendere licet , depre-
hendim⁹ hæc in historiâ Mo-
nocerotum seu Unicornium.
Non verò nobis hic sermo est

A 5 de

de Monocerotibus infectorum gene-
re, unico cornu spectabilibus,
quos *Ferdin. Imperator*, ob si-
militudinem, quam ratione
cornu in naribus gerit Rhin-
oceros quadrupes, Rhinocerotes vocat, de quibus *O.*
VVormius lib. 3. Musei. C. 2. Neq;
loquimur de *Unicornu* fossili,
quod *Joban. Laurentius Baufch*
in *Schediasmate. Monoceros*
vulgi, unicornu Albert. Magni
& Francis. Joelis Sect. 3. de Peste
yocat. Herciniū, meo judicio
cst species mineræ, quæ ante
paucos annos è montibus Su-
detorum in Herciniā Silva
effodi cœpit, similis ossibus
grandium animalium. Et in-

eb

p. 34

colæ

colæ fabulantur, in diluvio
 montes ipsos unâ cum uni-
 cornibus & aliis grandioribus
 animalibus ibidem esse con-
 glomeratos & induratos. Et
 idem *Gueriken lib. V. experiment.*
de vacuo cap. 3. refert: Accidit
Anno 1663 Quedlinburgi,
 quod in Monte, quem vulgo
 den Beurichberg vocant, ubi
 materia calcis effuditur, &
 quidem in ejus quadrâ rupe,
 repertum fuerit sceleton uni-
 cornis, in posteriore corpo-
 ris parte reclinatum, capite
 vero sursum elevato, ante
 frontem gerens longè exten-
 sum corpus, crassitie cruris hu-
 mani, atque ita secundū pro-
 por-

portionem longitudinis ferè
ulnarum. Caput unum cum cor-
nū & aliquibus costis. ; spina
dorsi atq; ossibus, cuius ex i-
gnorantia contritum, & fru-
stulatim extractum fit. Reve-
renissima Principi Abbatis.
Sæbideri degenti fuit tradi-
ctum. Pulvere Unicoru Her-
cini in haustru aq. Scord. vel
Card. Biuassimeto, an præsta-
tius, & cajus virēs in expellend-
do sudore tantæ sunt & venel-
nis extinguendis, sicut expe-
rientiâ propriâ didicij ut usiu3
alterius rei, Francu Joëlis loe-
citato. Sed agimus hic de Uni-
corni Animali perfecto.

Dati aetemi animalia, qui-
bus

bus nomine hoc competit, ex-
 tra omnem dubitationis ale-
 am est possum. Mentio horum
 fit non tantum apud Autho-
 res classicos tam modernos
 quam antiquos, tam Histori-
 cos & Phylos ququam Medi-
 cos, sed etiam in Historia sa-
 crâ Loca Theologi adducunt
 ex Mose, Prophetis & Psal-
 mis. Videri possunt *Lev.* 23. v.
 22. cap. 24. v. 8. *Deut.* 3. v. 17.
Job. 39. v. 12. *Psal.* 22. v. 22. *Psal.*
 29. v. 6. *Psalm.* 92. v. 11. *Ies.*
 34. ver. 7. Quibus in locis
 hoc animal à cornuum e-
 minentiâ, ingente virium ro-
 bore, & indomabili animi fe-
 rociâ describi pia Theologo-
 rum

rum sententia est. Etsi vero,
teste Mercero in Lexico, D. Hiero-
nymus in istis S. scripturæ
locis vocem *Bœm* nunc Uni-
cornu nunc Rhinocerotem
vertit, tamen idem fatetur, se-
malle hoc esse Unicornem, a-
nimans scilicet, quod in fron-
te cornu unum habet subla-
tum in altum, unde & illi no-
men. Ideo etiam in varijs Bibl.
versionibus à LXX, Tremel-
lio, Anglis, Gallis, Italis, Bel-
gis, Germanis vox hæc red-
dita est Monoceros, Unicor-
nis.

Sunt, qui Monocerotem
cum Rhinocerote confun-
dunt, ex utraq; bellam unam

ean-

eandemq; facientes. Subtilissimus *Scaliger* hoc tribuit Cardano, nequeo, inquiens *Extr. cit. Jos.* tibi, Cardane, opitulari, qui Monocerotem sub Rhinocerotis nomine pinxisti, quum duæ sint Beluæ longè diversissimæ. *Cornelius à Lapide* Jesuica idem affirmat de patribus quibusdam. Verba ejus sunt *Comment. in Num. 23. v.*
 22. Licet utrumq; hoc animal idem esse doceant *Tertull. lib. contra Jud. c. 10. S. Gregorius 31. Moral. c. 13. Isidor. lib. 12. Eymol. 2. 3. Beda in 39 Job. dicantq;* esse animal habens unū cornu in mediâ fronte, quatuor pedum, ita acutum & validum,

dum, ut, quicquid eo impeti-
erit, aut ventilet, aut perforet;
tamen verius est Rhinocero-
tem à Monocerote seu Uni-
cornedistingui. Alii Unicor-
nem cum Oryge & Asino In-
dico confudere, de quibus
Scaliger Exerc. 205. quidam re-
centiorum, qui alienis operis
suas interpolant merces, Ory-
gen atque Monocerotem eun-
dem esse arbitrari sunt. Cre-
do, quod legerint ὡραία μονο-
κέρων: ceterum hoc ejus e-
pitheton est. At huic nostro,
de quo agimus, nomen pro-
prium. Aut sit Asinus Indicus
in Aristotelicis commentariis
est à nobis explicatum.

Caput

Caput . I L

De variis Veterum
 & Recentium quorundam
 de Unicore opinio-
 nibus.

ETiam si verò constas plerorumq; tam modernorum quam antiquorum Authorū sit sententia, esse certam & distinctam à Rhinocerote & Asino seu Bove judico animalis speciem, cui illud nomen propriè conveniat, tamen mirum, quanta in descriptione hujus sit discrepantia. *Solinus Polybistor. cap. 55.* Atrocissimum est Monoceros monstrum mugitu horrendo,

B equi-

equino corpore , Elephanti
pedibus , caudā suillā , capite
cervino , cornu ē media fron-
te protenditur splendore mi-
rifico . *Plin. natur. hist. l. 8. c. 21.* asse-
rit asperrimam ferā Monocer-
otem , reliquo corpore equo
similem , capite cervino , pe-
dibus Elephanto , cauda A-
pro , uno cornu nigro , media
fronterum duorum e-
minente . *Aelianus lib. 16. de Ani-
malib. cap. 20. Et lib. 17. cap. 44.*
Monocerotem facit jubā ac
pilis fulvū , pedibus cele-
rem , cornu nigro , mansue-
tum erga bestias alias , ferum
cum gregalibus . *Isidorus lib. 12.*
Etymol. cap. 2. Monoceros, id
est:

est: *Unicornu, cù quod unum cornu in media fronte habet pedum quatuor, ita acutum & validum, ut, quicquid impetrerit, aut ventilet aut perforret.* *Pausas Venetus lib. 3. cap. 55.* ait, in regno Lambri conspici Elephante minores, depresso caput ferentes, aprino simile, lingua spinosâ, qua obvia petunt, nigricantibus oculis, pilum habentes bubali, more porcorum libenter morantur in lutis & alijs immunditiis. *Garcias ab Horto lib. 1. Aromatic. Histor. cap. 14.* Ego, inquit, referam, quod à viris fide dignis accepi: Inter promontorium Boæ spei & ali-

ud promontorium vulgo de
 Currentes nuncupatum , vi-
 disse se affirmant terrestre
 quoddam animalis genū, li-
 ecc mari etiam delectaretur,
 quod caput & juba equi ha-
 beret (minime tamen mari-
 num eqvum esse) cornu præ-
 dictum duos palmos oblongo
 mobili , quod nunc in dex-
 tram nunc sinistram obverte-
 ret , modò illud attolleret ,
 modò demitteret . Id ani-
 maleum Elephante ferociter
 pugnare , ejusque cornu ad-
 versus venena laudari . *Scaliger*
ex Vartomanno , cui & fidem
 habet , refert *Exercit.* 205. Uni-
 cornibus esse equi magnior-
 di-

dinem; crura, pedes, caput cervi; pilos colore balio, equi jubarum rariorem breviorem, coxas villosas. Audiamus ipsum Ludov. Vartmann. qui Mechæ duos vidit, de quibus *libr. 1. naviat. c. 18.* scribit: Majore equinum pullū 30 mensium imitatio, unumquè in fronte cornu præfert trium circiter ulnatum. Alter unius anni similis cornu 4 palmarum habet. Color feræ ut equi mustelini obscurior, capite cervino, collo brevi, ratisquè circa illud pilis & brevi jubarâ ab altero tantum latere dependente. Crux subtile habet, gracile himalli instar. Pès anterior

parte fissus parum; ungula co-
 prima pedesq;; dentata latus
 pilosum. *Andreas Thuret Tom. i.*
Cosmograph. lib. 5. cap. 5. mēminit
Unicornis, quod magnitudo-
ne lemnestri aut quinque me-
strorum tantum sequavit, unico
cornu non in media fronte,
sed in summō capitīs vertice
gestans, coriibus & pedibus sa-
sihiis, pilo longiore. Et auris
buis Rengiferi. Olaus Magnolib.
et cap. 10. Monoceros est mon-
strum marinum, habens in
fronte cornu maximum quo
naves obvias penetrare pos-
sit ac distruere, & hominum
multitudinem perdere. Thoma
Bartel in Histor. Anatam, Cent. 2.

Hist.

*Hist. 6. ex relatione Magellaniensis Africani Legati ad Curlandiam. Duxem talem nobis
 > Unicornis Africani reliquit
 descriptionem: Unicornu
 quadrupes Africanus Tice Bi-
 na vocatur; h.e. cornutum a-
 nimal, velocissimum animal,
 & ferum in deserto magno ca-
 no Africæ oberrat, unde vivū
 capi facile nequit, sed sagittis
 figitur, magnitudine & formā
 eqvum mediocrem exprimit,
 capite, cruribus & pedibus pi-
 losis, jubâ brevi vixqvè spitha-
 mam prolixâ, cauda equina,
 sed non valdè pilosa, cutis u-
 niversa glabra, pilis brevissi-
 mis. Color in dorso cinereus;*

linea nigra per medium dorsi
 excurrente, à maxilla verò in-
 feriore ad abdomen candidis-
 simus. In fronte crinum fa-
 sciculus visitur, ex quo us me-
 dio ex crescit cornu unicum,
 cui fasciculus ille pilorū sem-
 per adhaeret. Cornu ipsum
 vix tres spiculamas superat,
 octo vel novem circiter pol-
 lices crassitas in basi cornu ne-
 que in gyros concortum in-
 star Unicoru borealis, sed e-
 xiguas entinectias habet & in-
 cisuras, quæ à fronte rectâ li-
 neâ ad apicem producuntur.
 Color flavescens, cavum circa
 radicem. Mas solus cornu
 isto visitur, foemina in reliquis
 ma-

mari simillima sine cornu. En
varias easq; valde discrepan-
tes Monocerotum descripti-
ones!

Non major authorum est
consensus de naturâ seu inge-
nio, moribus & indole hujus
feræ. *Plinius* dicit feram asper-
rimam, quæ viva capi neque-
at. At negat, inquit *Scaliger E-*
xercit: 205. Vartmannus, ferocem
esse. *Isidorus 12 Etymolog. lib. 2. &*
Albert. Magnus lib. 20. de anima-
libus dicunt tantæ fortitudi-
nis, ut nullâ venantium arte
capiatur. *Praesorum Regi*,
inquit *Aelianus lib. 16. Histor. Ani-*
mal. T. I. C. 20 illius pullos et
iamnum teneros ajunt depor-

tari, cosquè festis & panegyricis diebus ad pugnam committi ad robur ostendendum. Nam integræ ætatis & perfectæ nullumq; unquam quisq; vñisile captum meminit.

Alii contrà ingenio illum mitissimo omninoquè amabili & omnium facillimo prædicat, modò ne quis ipsum datâ operâ offendat, & inclemens nuscractet. Nam cùm ex terra capite demisso pastum non petat, quia cornu in dearcetur longitudine, necesse est, ut ex arboribus pendentes fructus decerpât, ex raftris, è manu deniq; humana, è quâ, profecto, fructuum oblatâ omnia

omnia genera, herbas, spicarum fasciculos, poma, pyra, aurantia, legumina intrepidè & innoxie legit. *Isidorus, Arlatianus, Trees,* alii scribunt eum virginum odorumquè amotibus capi, & à venatoribus virginem vel juvenem vestitu virgineo ornatum & odoriferis illitum proponi, quæ venienti sinum aperit, feramquè omni ferocitate deposita caput sinui imponere, sicquè soporatam veluti inermem capi. At *Paulus Venet. lib.13. cap.15.* *Gesner. in Monocer.* hanc narrationem fabulam vocant, quā *Gesnerus* ex eo ortam putat, quod **Monoceros**, cùm sit a-

spernit eum, tamen mitescat,
 quando cum foemina co-
 misiatur. Idem fere sentit
Andr. Baccius de Halicorno, hung.
 inquietus, ita ferocem esse, ut
 etiam geminam suam oderit,
 adeoque ab ea secedens soli-
 tarius per deserta vagetur, do-
 nec amore incalescens, dum
 tempus est generandi, posset
 ferocitatem, blande ad eam aet-
 cedit, inquitque ea pascitur &
 commisiatur. At mox, ubi
 eam concepisse, & uterum in-
 tumescere sentit, ad primitam
 feritatem, aversionem &
 solitudinem re-
 dit.

Cap.

Caput III.

De variarum harū
opinionum causis.

Jure merito hic quis miretur ac quærat, unde hæc tantaquæ sententiarum diversitas? Ex hoc ego cum *Gartia ab Horto lib. 1. Aromat. c. 14.* conjicio, Autores animal, quod descriptsere oculis suis nunquam vel vivum vel mortuum usurpasse. Impossibile enim est, si vidissent, ut in tam diversas abivissent sententias, aut tam discrepantes cudit sent descriptions. Neq; credibile est, bestiam instar *Chamaeleonis* vel *Polypi* nunc hanc

hanc nunc illam induisse formam. Accedit, quod ex simili simile sunt fabricati, & dotata mentis arte sibi aliisque finixerunt, memores illius *Horatiani*, quod facta voluptatis causâ sint proxima veris.

Nam præter hoc nostrum, quatuor ad minimum reperiuntur animalium species celebres ob unicornu raritatem & pretiositatem. Prima est *Rhinocerotum*, qui *Plinio lib. 8. cap. 20.* sunt colore buxeo cum cornu ex naribus prodeunte non recto sed reflexo & aduncos. Alter hic genitus hostis *Elephantum*, cui longitudine propere par est, sed cruribus multo.

bre-

brevioribus. Pugnæ cornu
ad saxa liniato se preparat, &
hostis alvum, quam mollio-
rē esse intelligit, potissimum
petit, quā perfossā cadit Ele-
phas. Primus, qui Romæ in
arenā produxit Rhinocero-
tem contra Taurū & Ursū,
fuit Diocletianus, ideo in de-
dicatione Amphitheatri nū-
mum cudi jus sit cum effigie
Rhinocerotis. De pugnâ hac
ita canit *Martialis lib. I.*

Præstítit exhibitus totâ tibi, Cesar,
arenâ,

Quæ non promisit, prælia Rhino-
ceros.

O quām terribilis exarsit pronus
in iras! (rus erat.

Quantus erat cornu, cui pilatau-
Et

Et paulò post:

*Sollicitant pævidi tum Rbinocerota
magistri,*

*Sequè diu magna colligit ira fera.
Desperabantur promisfi prælia
Martis,*

*Sed tamen is redit cognitus antè
furor;*

*Namquè gravem gemino cornu sic
extulit ursum,*

*Factat ut imposita staurus in a-
stra pilas.*

*Secundam Unicorni-gerum
speciem constituunt Boves In-
dici, quos Plinius cap. 2. nominat
Unicornes tricornesque. Et
mox in India etiā bœves soli-
dis unguulis, Vnicornes.*

*Tertiam faciunt Asini Indici,
de quibus Aristot. lib. 2. hist. Ani-
mal.*

mal. cap. 1. Asinus Indicus U-
nicornis & solipes est. Talum
solus in solipedum genere
possidet. Et verba sunt *Ali-
nilib. 4. bistor.* *Animal. cap. 52.* Syl-
vestres asinos equis magni-
tudine non inferiores apud
Indos nasci accepi, eosque
reliquo corpore albos, capi-
te vero purpureo oculisque
cyaneis esse, & cornu in
fronte gerere sesqui-cubitali
longitudine, cuius superius
puniceum, inferius album,
medium autem planè nigrum
sit.

Quarta species est *Oryxum*,
qui *Aristoteli Unicorns & bi-
scuti sunt & Plinio.* Inde

C pro-

procul dubio factum , quod
Authores vel verum Mono-
cerotem cum illis commiscu-
erint, vel novam singularem-
quæ hujus effigiem finxerint,
discipulorum conspectui pro-
posuerint, & menti impresse-
rint. Facile enim damus non-
nulla ex jam dictis animalibus
à quibusdā illorum visa, pro
Unicornu proprio accepta ,
& posteris tradita fuisse. Non
parūm errorem auxit , quod
animis illorum firma hæserit
persuasio seu præconcepta o-
pinio , fœcunda multorū er-
rorum mater, feram illam esse
animal terrestre & quadrupes,
ideò de illa eadem, quæ de his

co-

cogitare, illiquè paria cum
hilce attribuere membra ac
formā haud dissimilem, ne-
cessē habuerunt. Ipsiſ ferē hic
accidit, quod Poētis, qui Sa-
tyros veros homines esse per-
suasī, iisdem attribuēre cor-
pora villoſa, capita cornigera,
nares pressas, auresq; acutas,
Vel, ut *Silvius*, Cingit acuta.
comas & opaca tempora Pi-
nus. Ac parva erumpunt, ru-
bicundâ cornua fronte, stant
aures, summoquè cadit barba
hispida mento. Unde quibus-
dam recentium Dd. dubita-
tio incidit, an unquam verus
in orbe fuerit Monoceros. De
animali Unicornu, inquit

Mercurialis tractat. de febr. libr. 5.
 valde dubitatur, quia nemo
 ipsum vidit. Ambros. Pareus lib.
 20. c. 39. illud figmentis & non-
 entibus annumerat. Verba e-
 jus sunt: Arbitror id animal,
 quod Unicornis dicitur, &
 vulgo intelligitur, imaginari-
 um potius esse quam in rerum
 natura existens. Et paulo post:
 Opinionum profecto tam dis-
 sentientium tanta contrarie-
 tas faciliter adducit me, ut credam,
 Unicornis haud esse proprium
 animalis existentis in rerum
 natura nomen, remque plane
 commentitiam esse pictoribus
 & rerum naturalium scripto-
 ribus ad legentium aut spe-

stan-

Estantium voluptatem pro arbitrio effectam.

Deodatus annot. in Job. alii què putant veteribus quidem apprimè illud notum fuisse, nobis vero & modernis ignotum. Sunt, qui, unicum tantum uno tempore in terrarū orbe esse vel fuisse Phœnix ad instar, finxere.

At ut in horum similium, què sententiam descendam, in animum inducere non possum. Fateor tales Unicorns, quales supra ab Autoribus descripti, hactenus in Utopiā, hoc est: nunquam in rerum naturā fuisse. Quis enim mor-

C 3 tali-

talium unquam vidit? ex quo
 nemore egressi? ex quo lati-
 bulo extracti? ex quo angu-
 lo vel ex qua terrarum parte
 producti? Nemo profecto
 ex his, qui τὰ παντὸς circum-
 tum navigando peragrārunt,
 & secretiora abditaquæ ex re-
 motissimis Africæ & Ameri-
 cæ insulis quæque in conspe-
 ctum nostrum produxerunt,
 affirmat vel affirmare potest,
 visum sibi ejusmodi animal.
 Accedit, quod apud Roma-
 nos diligentissimos rerū exo-
 ticarum ruminatores & acu-
 tissimos rariorum collecto-
 res altum de illis silentium.
 Quis vero dicet, hos sumpti-
 bus

bus vel laboribus pepercisse,
 si uspiam in aliquo orbis an-
 gulo talem belluam latitâsse
 fando accepissent, ut ejus sibi
 copiam facerent, vel ad mini-
 mum effigiē ejus suis numi-
 smatibus & armis imprime-
 rent, quemadmodum iisdem
Crocodilos, Elephantes, Pan-
theras, Dracones, Tigros, Le-
ones & alia suis regionibus i-
gnota animalia insculpta legi-
mus? Juxta enim *Clodianum*
Stant bellatrices Aquile sequique

Leones,

Ferventesque tument post terga
 Dracones.

Verūm enim - verò hæc non
 tollunt nec evertunt veram &

realem hujus animalis existentiam. Non enim sequitur: Authores in describendo variant; Ergo non est, nec unquam fuit. Neminem literatorum fugit, quam diversaverè regere contrafia Philosophorum scholæ statuant de naturâ, materiâ, formâ, motu stellarum & primi mobilis. Quis autem, stellas non esse, vel non dari primū mobile, inde concludet? Hi, qui de lapide Philosophico, vel, ut hodiè loqui amant, de Elixirio seu Lingüstrâ universali scriptis suis orbē implevère, & multa Magnitudinæraria vanâ illius spe evacuavère, tā monstrosis utan-

tur verborum figmentis, tam
 diversas cudūt descriptiones,
 & in tam contrarias abeunt
 sententias, ut lucem faciliūs
 cum tenebris, vel margaritas
 cum carbonibus, quam illos
 inter se concilie. Attantūm
 abeft, ut, tale quid fuisse, esse
 vel exsculpi posse, inde nega-
 ri velint, ut pro verā & reali
 ejus existentiā ceu pro aris &
 focis omni animi contentio-
 ne pugnent. Et si in resāpē
 certissimā & notissimā juxta
 veri, verbium tot sunt senten-
 tiæ quo^t capita, quis de sen-
 tentiarum divortiis ad rei exi-
 stentiam negandā proceedet?
 Veteribus autem melius be-

stia formam quam modernis
cognitam fuisse, quantum à
veritate ab ludat, ex capite se-
quenti patebit. Qui hanc ceu-
alterā Phoenicem non nisi u-
nam uno tempore superstite
esse vel inveniri posse finxē-
re, cornuum multitudine fatis
superquè refelluntur.

Caput IV.

De verâ Unicorni- um specie & formâ ge- nuinâ.

QVid igitur? Multa ve-
teribus fuisse plane in-
cognita, vel male intel-
lecta, vel non fatis perspecta,
quæ beneficio artis nauticæ &
na-

navigationum à nostris
in remotissimas mundi pla-
gas totumquè terrarum orbē
susceptarū in lucem sunt pro-
ducta & eis erroribus vindica-
ta, nemo sapientum est, qui
ignoret vel in dubium vocet.
Quid enim veteribus de py-
xide nauticā? quid de lapide
Bezoar? quid de Guiaco &
Sarsaparilla? quid de Porcel-
lanis? quid de Hispaniola, de
Tubā, de Magellanico freto?
quid de toto novo orbe? quid
de aliis novis repertis, quonū
historias nobis refert *Panciro-*
lus lib.2. Quippe non placuit
divinæ sapientiæ illis omnia
tevelare, sed etiam nostrorū

(44)
laboribus, industriae, vigiliis,
inquisitionibus & studiis mul-
ta reservare. Sicut munda-
norum & humanorum omni-
um, ita etiam scientiarum &
cognitionū inveniuntur in-
crements, multaque hodier-
nus, quæ hesternum latuere,
detexit dies. Scitè *Seneca lib. 7.*
quest. natur. cap. 31. Natura mu-
nera sua non simul tradit, nec
omnibus patent, reducta sunt
& in interiori sacrario clausa,
ex quibus aliud hæc ætas, ali-
ud postera accipit & depro-
mit. Nemo vitio vertet, vel
in contemptum canæ & vene-
randæ antiquitatis rapiet, si in
illorum numerum quoq; re-
ferā

feram verā Unicornium cognitionem. Frequentes navigationes, quas nostri & prioris seculi industria homines in Islandā, Grōenlandiam & alias Boreales insulas instituerunt, docuēre, Unicorns non animalia esse terrestria, sylvestria, quadrupedia, sed marina & Cetorum generi cognata. *Olaus Magnus*, videtur primus hoc officuisse, dum scribit *lib. 21. cap. 10.* **Monoceros** est monstrū marinum. At in eo fallitur, ncc ipsum animal vidisse convincitur, quod eicornu in fronte tribuit. Idem quidem facit *Primorofius de Vulgi Erroribus* *libr. 4. cap. 38.* ita differens:

Ex

Ex Borealibus etiam regionibus [ut: ex Islandâ & Gronlandiâ] afferuntur cornua, quæ Unicornuū marinorum esse dicuntur. Fuerunt ante annos non ita multos in hanc urbem Hullam, in quâ hæc describo, allata ex Gronlandiâ animalium marinorum Uni, cornium capita duo in littore reperta cum cornibus in fronte maximis. At non ex fronte (nisi per frontem totâ capitatis regionem intelligere velis) sed ex nare prodire jamjam videbimus melius & exactius.

Thom. Bartol. lib. 4. Hist. Anatom. Hist. 4. Nostri, inquit, Mercatores in Islandiam & Grōen-

lan-

landiam magno studio navi-
 gantes invenere, quod in In-
 dia & Oriente toto veteres
 tantoperè deprædicarunt, U-
 nicornu nempe marinum seu
 beluam Narhval Islandis di-
 ctum à cadaveribus, quibus
 vesci solet, quod in superio-
 re maxillâ dentem unicum
 habet longum, crassumquè
 rectâ protensum, gyris intor-
 tum & striatis flexibus ex ma-
 jori radice ad summum acu-
 men desinentibus. Constituit
 hæc Schonfeldio in Ichtyalogia
 decimū sextum Balænarum
 genus, quod Narhval dicitur,
 habens anteriùs in superiori
 mandibula dentem longitu-
 dinis

quatenus dextrorsum vergente, licet leviorsum in neutro, quod conspexi, cranioullam alterius cornu occurrerit vestigium. Corium erat fuscum, & sub illo plurimum lardi, ex quo copiosum quidem igne mercatores elicuere oleum. Attamen præ odoris foeditate parùm ipsis lucrosum. Spina dorsi, ut ex validis constabat vertebris, sic desinebat in caudam bifidam, adhaerente utrique lateri pinnâ fatis validâ, cornu vero erat rectum, durum ac album striisque profundis à latiori basi usque ad acutum mucronem tam æquabiliter ornatum, ut

D jurâs-

jurasses, te videre nititum ebur
 exquisitissimam arte expoli-
 tum, longitudinis erat novem
 pedum, septem cum dimidio
 extra cranium protuberanti-
 bus, sesquipedale vero eidem
 etiamnum insidente, cuius ex-
 emptae superficies & reliquo
 corpore fuit asperior minus-
 que splendicans. Plenioram
 & exactioram hujus belluae
 descriptionem ex libr. 3. Musei
VVormianic cap. 4. verbis VVor-
 mianis hanc damus: D. Thor-
 lacus Sculonius Episcopus
 Hollensis in Islandiam appu-
 lisce mihi scripsit triginta ul-
 nas superantem, figuræ reli-
 quis cetis similem, pinnas
 duas.

duas ad latera habentem; tu-
bera tria in dorso, unum in
ventre, branchias nullas, den-
tem unicum in sinistra man-
dibulae superioris parte ad se-
ptem cubitos prominentem,
teretem, striatū, acutum, nul-
los præterea minores, in ver-
tice foramina duo, per quæ a
quā pro lubitu exomit. Quia
imò hoc anno 1648 aliam hu-
jus generis belluam cum gla-
cie Groenlandicā ad insulæ o-
ram Borealem appulisse ipse
idem mijhi scripsit: Belua e-
rat 12 ulnas longa, pinnas cāu-
damquè habens, quales habe-
re solent ceti, cutis plana, gla-
bra & sine squamis, colore

D 2 pal-

pallido ad instar humani ca-
daveris, ubi æstui folis nō fuit
objecta. Crassities corporis
parte anteriore cum longitu-
dine certare visa est, cum ta-
men posteriore Phocarū ma-
rinarum crassitatem non exce-
deret. In medio dorsi bina
prominebant tubera eadī car-
nea. Sub pelle carnem habuit
lardo vestitam; in occipitio
respiramen; binos in fronte
œculos bubulis paulò mino-
res. Caput si ad corpus com-
paretur, admodum renque vi-
debatur, in longitudinē pau-
latim extenuatum, instar bo-
villi fermè, nisi quod circa oc-
cipitium amplius & grandius.

N

Nares nullæ conspicuæ. Sinistra proboscidis parte dens ille se exserebat ad longitudinem trium ulnarum cum quadrante, cui extremus apex ab latus, cæteròquin aliis dentibus caruit. Lingua exorrecta erat mandibula superior inferiori prominentior.

Caput V.

Descriptio Unicor- nis à Cetariis Hamburgen- sibus capti.

Placet hisce adjungere, quæ partim oculis nostris vidimus, partim ex ocularium testium relatione percepimus. Anno 1669 Men-

D 3

sc

se Augusto uni ex nautis Hā-
burgensibus Balenarum ca-
pturæ invigilantibus, in mari
Grœnländico obviavit ma-
gnus numerus Unicornium.
Gregatim enim bellæ acce-
serunt, sed ad primum motum
vel sonitum magnâ celeritate
sese sub glaciem abscondidè-
re. Biduum Cetarii illis frustrà
sunt insidiati. Non potuere
tamen semper tam celeri fu-
gâ saluti suæ cotulere, quin
post tot infidias una illarum
tridente jaculisque fuerit tra-
jecta, cæsa, cum murmure ex-
tincta, extracta & à nautis di-
lanjata. Longitudo bestiæ à ver-
tice ad caudā fuit octodecim

pe-

pedum, *crasficies*. pedum de-
 cē. *Cutis* tenuis, præfertim sub-
 ventre, qualis est balænarum,
 glabra sine squamis, colore ci-
 neritio nigricante. *Caput* ha-
 buit oblongum aprino haud
 dissimile, *collum* percrassum,
oculos magnitudine ovi colū-
 bini. In *dorsō* juxta collum ad-
 scendit extuberantia insignis
 instar lagenæ lardo pinguiori
 & molliori repleta. *Costæ* cras-
 sitie, rotunditate & longitudi-
 ne equinis ferè pares, in me-
 dio ferè ventre foramen pro-
 egressu membris vitilis qua-
 drupedum inflat. Ab *umbilico*
 verò ad caudam animal pīscis
 formam & phoca effigiem

exactius expressit. Pinna in utroq; latere unica, semipedem extra corpus longa, duos pollices crassa, in margine plana cum duabus angulis obtusis formâ ferè triangulari. Cauda bifurcata striaionum seu ceterum more. Ex proboscide seu *Nare sinistro* *Cornu* procerum, striatum & acuminatum prodiit, quod aquis cū belluâ extractum copioſo muco, muſco & conchulis fuit velatum. *Naris sinistra* extremitatem circulus inſtar coronæ vel labri eminentis cinxit. *Dextra* extremitas laufa depreſſior deſinens in angulum obtusum incurvatus. In fronte duo fo-

ramina oblonga ad aquæ ejec-
tionem & aëris attractionē.
Membrum virile thecæ inclu-
sum. *Lardum* tres tonnas im-
plevit, ex quo oleum longè te-
nuius, suavius & gratius quam
ex balænis prodiit. *Maxilla in-*
terioris à cetariis nulla est ratio
habita. *Superiorem cum cornu*
scapulâ, pinnis & priapo attule-
runt.

Quia hæc bellua viva à Lan-
ceariis fuit trajecta, extincta,
neq; unquam ante hoc tale ca-
pitis Sceleton in hanc urbē al-
latū, vel a civium exterorum-
qvè oculis usurpatum, Merca-
tores, qui navi instruxerant,
per magni hoc æstimarunt.

Emto rem i nvenit civem spe-
 ciatissimum Dn. Joons Senio-
 rem, à quo mille imperialibus
 est redēnitum. Magnum sanè
 p̄t̄ium! At longè minus eo,
 quod Illustriss. Dn. Frisius Can-
 cellarius Regni Danici simili
 sceleto ex hæreditate Ante ees-
 foris & Soceri adepto indixit.
 Suum enim hoc octo millibus
 imperialibus fecisse dicitur. A-
 mat. Lusitanus lib. 2. in Dioſe. de CC.
 refert, Mercatorem pro Un-
 cornu duas libras ponderante
 duo millia ducatorum petiis-
 se. Hoc , quod nostris cum
 cranio allatum est, apud hære-
 des Dn. Joons venale prostat.
 Kāpijλων dignum, quod Ma-

gna-

gnatum , Principum vel Regum thesauris inseratur . En eius delineacionem :

Initium faciemus dorso sumatille superioris facie exteriori .

Osculum satis firmum inaequale cum variis protuberantibus , percrassum versus sinciput ; tenuius versus rostrum non sine omni porositate .

Color subflavus , qualis est officiati oleo madidorum .

Longitudo pedum mechanicorum duorum .

Latitudo ab uno processuum supra oculorum orbitas ad alterum , ubi latissimum , est cum sua convexitate pedum duorum , inde versus occipitum

paululum imminuitur cum si-
nu parvo.

*Cavitas seu sinus pro oculorum or-
bitis à labio distat pollices XII.*

Sequuntur duo processus spa-
ciosi, qui *os jugale* è parte con-
stituunt, juncti processui ex-
terno *os sis frontis*, & processui
antico os sis temporum à latitudine
horum processuum sensim im-
minuitur usque ad oris extre-
mitatem, ideo infra oculos,
ubi *os maxillare*, latum est pol-
lices XI.

*Oris & naris extremitas pro-
boscidi seu rostro suillo per si-
milis in duo latera s. partes di-
visa, quarum sinistra elevatione
& convexior est dextrâ.*

Sin-

Sinistra rottri vel naris pars
cavitatem habet insignem, ex
quâ cornu progreditur, coro-
nâ, circulo vel labro eminenti
cincta; æquat in peripheriâ
pollices duodecim, in latitu-
dine pollices quinque.

Dextrarottri pars est sinistro
brevior, depresso, in fine
clausa, lata pollices quatuor,
cujus partes in margine sibi in-
vicé laminatim impositæ con-
stituunt angulum obtusum,
crassæ semipollicem.

In fronte duo foramina seu
spiracula, quibus aërem attra-
hit bestia, & aquam ejicit
magnitudine nucis juglandis.
Distant ab oris extremitate
pe-

pedem unum cum dimidio à vertice semipedem, à se invicem septo osseo; oblique descendunt ad palatuni.

Hæc spiracula cinguntur duabus extuberantiis longis, quarum latitudo est quatuor pollicum cum sinu parvo, capita harum supra spiracula s. foramina ejaculatoria coëunt formâ triangulari, caudæ verò instar musculorum sensim acuntur ad *nasum*, tendentes & hunc in duo latera, non quidem æqualia, sinistrum quippe, quo cornu continetur, latius est dextro, dividentes.

Extuberantiis illis supra oculorum canthum in utroque late-

latere adjacet foramen penas
olorinæ capax, distans ab al-
tero quinque pollices.

Sequitur utrinque os maxi-
lare oblongum, planum & le-
ve, quod in lateredextro ci-
tius & profundiùs immobi-
lit, quam in sinistro, & in an-
gulum obtusum desinit.

In latere sinistro ad radicem
cornu biat ad longitudinem 6
pollicum & latitudinem 2 pol-
licum.

In offe maxillari juxta easdem
extuberantias, ubi acuminati
incipiunt, patent duo foramina,
oblonga duos pollices, à se in-
vicem distantia. Dextrum
obliquè vergit ad palatum, si-
patum

patum & minoribus foraminibus. At sinistrum dextro spatioius & ferè triangulare ad radicem cornu tendit. In hoc terminantur & coēunt tria foramina minora proximè adjacentia, quæ videntur esse prænervis & ligamentis ad ipsum cornu abeuntibus.

Juxta foramen hoc sinistrum os mandibulae oblongum insignemque bistum facit, ita ut radix cornu appareat nuda, nec ullum vestigium vel indicium, quod ab osse illo quid ablatum vel fractum sit. Videatur hic hiatus fuisse pro musculo vel tendine, qui ipsam cordis radicem fovit.

Sunra

Supra oculorum canthos in utroque latere processus est maximus oblongus, cuius circuitus æquat sesquipedem. In parte superiori versus occipitum parumper est incurvatus seu imminutus, at in parte inferiori est ejusdem latitudinis.

Foramen five meatus in hoc processu in circuitu constituit pedem unum cum 2 pollicibus, utrique est oblongum ad palati interiora tendens. Hi meatus versus occipitum in angulum acutum desinunt.

In summitate verticis est Apophysis seu exuberantia insignis instar cordis divisi seu cristæ erectoræ.

*Cranii s. Maxillæ superiotis fa-
cies interior ita se habet:*

A labri seu oris circulo & extremitate glabrum & læve est usque ad processus supra oculorum canthos.

*In sinistrâ nare sinus magnus
& convexus pro cornu, dextra
pars depresso & angusta.*

In regione oculorum palatum latum est pollices XI, posticum palati valde crassum, inaequale & asperum, processus magni supra oculorum canthos à se invicem distant pedem cum dimidio.

Juxta hos in medio palato 2 extuberantia digiti crassitie, forma clypei seu duplicis S, quæ quod

quò propiores occipitio, colatiores & ampliores.

Ad latera harum utrinque processus Pterygoidei seu alares cū sinibus suis tam majoribus quam minoribus.

Ex illis extuberatiis prodeunt duo foramina ejaculatoria s. spiracula pro attrahendo aëre & ejaculandâ aquâ, quæ hic longè spatiosiora sunt quam in superiori cranii superficie. Quodlibet horum in peripheriâ habet pollices 6, distant à se invicem pollices 4. Utrinque igitur seu in utrâque superficie foramina hæc ejaculatoria firmissimis munimentis sunt septa, quò melius molem irru-

E 2 entis

entis vel exandandi sali sustinere queant. Spatiosiora vero sunt in inferiori superficie, quod aqua sensim ingressa vel ingurgitata majori cum vi & copia ejaculari bestia posse.

Juxta utramq; hanc eminentiam sunt sinus seu meatus illi magni processibus alarib⁹ circumscripti, quibus adjacent alii duo sinus spatiosi oblongi inæquales.

Ad latera horum sinuum rebrum iterum dilatatur, ut sit oculorum munimentum.

Juxta banc dilatationem super oculorum regionem utrinq; foramen magnum in ipsam calvaria

viae cavitatem penetrans, extum præbens nervis opticis.

Sequitur forma occipitis
postica:

Semi-circulare occiput apparet.

In vertice fert eminentiam
instar cristæ.

Calvaria in peripheria aquat
pedes duos cum dimidio.

In cavitate ejus sunt sinus 45
duo majores pro cerebro, &
duo minores pro cerebello, u-
trinque duo. Sub his sinibus
utrinque processus oblongi in-
curvati onstar. Fornicis pro-
funditas est ypollicum.

Basis carminata vel cristata
apparet.

Latitudo seu profunditas verticis ad basin est pollicum 10.

Cornu figura talis est:

Basis seu radix cornu in nare seu rostro sinistro latet pedem 1 cum 4 pollicibus.

Longitudo extra thecam s. rostrum est pedum sex cum 5 pollicibus.

In apice particula vel frustulum aliquod est distractum, æquat apex digitum minimi crassitatem.

Tota longitudo una cum basi est pedum 7 cum pollicibus 9.

Pars, quæ theca seu rostro includitur, videtur esse rufis & aspera sine stolis, in radice instar coni turbinata, tam firmi-
ter

ter thoracē & sinuī suo inclusa,
ut moveri, vacillari vel extra-
hi nequeat.

Ubi thēcā vel rostro egredi-
tur, æquat in peripheriā polli-
ces novem, hinc gyri incipiunt
ad formam ramū viridis vel co-
dicis vi manuum intorti.

Quia præter craniū & cornu
allatum quoque est *os scapulae*,
utraque pinna *Eripicapus*, quæ ex
donatione Amicimēis usibus
cessere, & intentiora mēa cu-
stodiuntur, intermittere non
possim, quia illorum descri-
ptionem hisce ponebam.

Scapulae forme fēcē triangula-
ris, magnitudo & latitudo me-
diocris, nullum habenstergū.

*Basis in circumferentiâ æ-
quat pedē cum undecim pol-
licibus.*

*Costa inferior obliquè adscen-
dens 7 pollices.*

Costa superior pollices decem.

*Ab acetabulo ad basin per li-
neam rectam est pes unus.*

*Ab uno angulo ad alterum per
lineā transversam est pes cum
tribus pollicibus.*

*Processus brevis seu fer-
vix in circuitu habet pollices 8.*

*Processus primas seu angulos
vel spinalongus est pollices 6;
lat⁹ in medio pollices 2, in cir-
cumferentiâ facit pedem usum.*

*Processus minor inferior seu
sigmoides est longus pollices
quin-*

quinque, latus in basi pollices
3*v* in ambo habet pollices 7.
Pars exterior sinum habet se-
milybarem infra processum
primum & minorem.

Pars interior facit sinum ob-
longum rectâ descendenter.

Angulus inferior semicircula-
ris constat pollicibus novem,
habet sinum oblongum.

Tota fab*st*untia tenuis & variis
in locis pellucida. Pendet un-
cas XI. cum 2 drachmis.

Progredior ad *Pinnas*:

Pinna est recta usque ad hu-
meri os thecâ duplice, ex-
teriori & interiori. Exterior
est cornea, crassa, gla-
bra & firma, colore sub-ni-

gro cum intermixta flavodi-
ne, formam exhibet triangu-
larem cum basi resupinâ. In-
terior est tenuis, solubilis,
membranosa.

Longitudinem: cuius osse hu-
meri habet pedis unius cum
6 pollicibus.

Lata est in margine seu basi
pollices 9.

Longitudo tibiae in costâ su-
periore seu majori est pedis u-
nius, in costâ inferiori seu mi-
nori pollicum X.

Crasfides pollicum in medio
trium.

In Basi seu margine angulos
constituit obtusos.

Ostium tri extra thecum ad-
scen-

scendit pollices 6. Pendet hæc
pinna cum suâ thecâ libras. 3.

Quod vero appareat, quid in
pinnis, cute illâ dura & cornea,
sit tectum & absconditum,
alterâ hiarum cultro anatomi-
co sectâ, primò inveni substanciam
cartilaginosam, adiposam,
grandinosa. Mox pro-
dierunt in conspectum juxta os
humeri, os cubiti, os radii, ossa carpi
& metacarpicums digitorum ordi-
nibus.

Os humeri in capitib. habet
circumferentia pollices tre-
decim.

Apopysis ejus interna est 7
pollicum, externa & inæqualis
pollicum 6.

In parte superiore duplicem edit sinum.

Longitudo ejus sex pollicum.

Crassities in medio pollicū 6.

In parte inferiori duplicitate dividitur. Anteriorū super trochleariū seu os cubiti, ubi est pollicum 6. Posteriorū, ubi caput ulnæ, quod facit pollices 4.

Os cubiti longum 6 pollices. In peripheriā caput ejus habet 7 pollices.

Os radii longum 6 pollices, in circumferentiā 4 pollices.

In capite superiori processus duo, quorū minor 3 pollices, major 5 pollices in circuitu fuit.

In capite inferiori processus stiliformis cum sinu suo pollicē æquat.

Car-

Carpus constat 4 ossibus, quorum primum ferè quadratum, duplicem habet processum & sinum, in circuitu 5 pollices, in latitudine pollicem I. Secundum & tertium avellanæ magnitudinem & formā præbet. Quartum triangulare.

Metacarpus habet 5 ossa oblonga, quorum medium 2 pollices longum.

Digitum cum pollice, in quolibet horum patent tria ossicula.

Totalis longitudo à capite ossis humeri ad extremitatē usq; digitorum æquat pedem cum 3 pollicibus.

Latitudo juxta carpum est pollicum 5.

Pendet pinna hæc evaginata

nata libr. i. cum tuncis 4.

Tam affabré hæc natura fecit, ut jures skeleton potius esse manus humanæ quam pinnae marinæ. Et si quid pro manu Nymphæ marinæ venditari debet, illud reliquis facile præripier palmam cunctis.

Mihi non ita pridē Miscellanea curiosa Medico-Physica pervolventi occurrit lib. 4. pag. 25. effigies ossis, humeri & pinnae phocænæ vel delphini septentrionalis, quem P. Jof. Dan. Major ante quinquennium cultro anatomico subjecit. Mirum, quam belle hæc, quod ad externam formam, cum meis illis ex Unicornu

conveniant! Si ossa carpi, me-
tacarpi & digitorum tecta fu-
issent thecā, id quod celeber-
timas vir & curiosissimus exa-
minator non scribit, ovum o-
vo non similis dicerem. Imò
facilè inde quis in eam opinio-
nem venire posset, feram, quæ
Phocæno adscribitur, ex Uni-
cornuum fuisse genere & cor-
nu destitutum, quia foemella
fuit. Foemellas enim cervo-
rū & aliorum cornigero-
rum cornibus carere notius
est, quam ut probatione opus.

Sanè D. Martiniere autor
Gallicus in suo itinere ad Bo-
reales cap. 36. scribit, foemellas
ex balanis cornigeris, quas ille
equos

equos marinos vocat, cornibus carere, & dentibus plurimis præditos esse. De formâ, figurâ & magnitudine illorum addit: nil aliâs certius de iisdem judicare possemus. Dicit tamen, cornua, quæ ex mari- bus attulerunt, à Serenissimo Rege Daniæ pro veris Unicor- nibus fuisse habita.

Descendo ad Priapum:

Hic longus est 7 pollices. In basi seu radice instar coni acuminatus.

Circumferentia ejus, ubi crassissimus, est pollicum 10.

Apex percutus.

Totus est nervosus, compactus ex tribus corporibus nervosis,

quorum superius & inferius
medium crassitie & longitudi-
ne superant.

Ab basi paululum adscendunt,
& crassitatem carpi cum 3 sinu-
bus constituunt , inde sensim
minimuntur, & in apicem pro-
tum abeunt.

Cutis tenuis, sed firmissima ,
pellucida variorum colorum,
testudinis instar.

Pendet hoc membrum li-
bram I.

Quod verò omnia hæc Cla-
rius ad oculum pateant, en ex-
actas horum omnium Icones.

I. *Facies craniifera maxilla superioris exterior.*

II. *Craniifera maxilla superioris facies interior.*

R


III. *Oci-*

- III. Occipitis postica forma.*
IV. Cornu figura.
V. Cornu repertum in plagâ boreali, vide descriptione cap. 6.
VI. Faculum ex Unicornu factum.
VII. Pinna extra tbecam s. evaginata.
VIII. Pinna vaginalis s. tbeccâ testa.
IX. Osburneri.
X. Priapus.


Caput VI.

De celebrioribus Unicornibus.

Reperto animali, ad cornu ipsum veniamus. Effigiem ejus, quod ad nos allatum, iam vidiens. *Minimus* & *Plinius* nigrum tribuant cornu. *Cornu*, inquit *Scaliger*. Exercit.




Winterstein Subj. 6



III

Waterstein sculpsit
1827



accit. 205. unum integrum Ni-
ceæ vidimus, alia alibi subful-
vum unum, unum subluteum,
accedens maximè ad buxum.
Unum subpunicum. Etiam
habemus frustum candidum.
Patrum nostrorum aetate celo-
briora fuere S. Dionysianum,
Venetū, Antwerpense, Hel-
veticum, Ultrajectinum. S.
Dionysianum Gallorum Cardanus
lib. 17. de rerum variet. cap. 97. ex
oculari inspectione ita descri-
bit: Erat longius, quam ut ex-
tensa manu stansque apicem
attingerem possem. Crassitudo
exigua pro longitudinis ratio-
ne. Nam duobus digitis pri-
mis utrinque facile complecti

F 2

pot-

poterat, adeo vero lessimū iu-
 acutum tendit, ut vix minui
 videatur, cum in acie pectinis
 crassitatem retineat. Terci ubi-
 que & quasi fasciis ab imo ad
 summum in cochleaformam
 ascendētibus distinguuntur.
 Erant autem fasciae quinque;
 quas linea media & ipsa in spi-
 ra modum ascendentes di-
 spescabant nullā cavitate. Ne-
 quenatura, quod scia; huic si-
 miliē quicquam effingere solet,
 sed ars, quasi in torcularibus.
 Sed torcularia duas, tantum
 habent fascias, ex quibus una
 cava est, cornu hoc quinque;
 neque cavitatibus aliis nisi ad-
 modum exiguis interpositis.

Ab

Ab imo inane est, ut boum cornua, sed inanitas non major est solidiore parte, neque tenuia sunt labra, rectissimum ad amusim. Color, qualis cervino, sed absq; ramis, & longè gravius, pendebat enim libras septendecim cum tertiâ. *Bodin.*
l.3 theat. natur. huic 6 pedum altitudinē & cavitatem festertii liquorem cōtinentem tribuit.
D. Venetianis in fano *D. Marci* testatur *Maring*, quod antiquorū Unicornibus longiora sint, nec strias habeant, adeò subtilia, ut pocula inde nulla conficiantur. Colorem habent cornu cervini polivi, pallidi nō significantur occupato Byzant.

tio in Venetoru Rempt. tralata.
Amat Lusitanus in Diosc. lib. 2 de CC.
 hodiè inquit in ærario D. Mar-
 ci Venetiis duo reconduntur
 brachiali crasitudine, longi-
 tudine bicubitali, pretii inæsti-
 mabilis, quæ semel in anno ad-
 scensionis die cum pluribus &
 variis rebus pretiosis palam o-
 mnibus ostenduntur. *Helveti-*
cum ad oram fluvii Arulæ pro-
 pe Brugiam seculo superiori
 inventum scribitur, interiori
 facie album, flavescens, exte-
 riori sine striis, duos cubitos
 longum, sed ut moschus odore
 præstans, præsertim igni vi-
 ciuum. *Utriactione longitudo*
Parificari par cum sufficiencia

53

ampli-

amplitudine. Gyri frequen-
tiores ad extremū apicem cir-
cumducti recto tractu oblite-
rati. Crustæ color cinereus,
cavitas mediocris, ut petenti-
bus vinum inde haurire liceat.
*Danico in castello Fridrichbur-
gio Bartolinus assignat longi-
tudinem septem pedum Ro-
manorum exceptâ parte alveo
inclusâ, cuius mensura pedis
unius cum mensuris duabus.
Ambitus septem digitorum
æquali gyrorum flexu in acu-
mē desinit. Color ex candido
& cinericeo mixtus per inter-
valla nigrioribus striis lineis-
qvè obscurioribus distinctus.*
Autor Gallicus narrationis de Grön-

landiā affirmat sine controver-
 siā hoc majus esse illi S. Dio-
 nysiano. Albertus Magnus suo tri-
 buit decem pedes & in circui-
 tu tres quadrantes ulnæ, ejus-
 dem ferè longitudinis. Antuvver-
 piense, testatur Gerapius Becanus,
 qui suo tempore tria ex Islan-
 diā adducta, & quædam in lit-
 tore Americano inventa affir-
 mat. Heidelbergicū jussu Electo-
 ris à facultate medicâ exami-
 natum & descriptum teste Sme-
 tio libr. 8. *Miscell. Medic.* Ep. 1. con-
 tinebat octo pedes fabriles,
 pendebat libras Roman. Te-
 ptendecim cū unciis septem,
 substantia verè cornea eaquè
 dura, qualis in cervorum quo-

que

que cornibus spectatur. Ambitum habuit crassioris partis extremitas digitorum septem cum dimidio, qua autem crassissimum fuit, digitos 15 æquavit. In orâ crassiore excavatum ad digitos tres. Limbus in ambitu subtenuis. In fundo cavitatis intimo album quiddam medullaceum reperatum substantiæ raræ & siccæ. Ab imo ad summum usque striæ quædam turbinatæ. Color ex fusco cinericius in flaviditatem dilutam vergens. *Meteranus lib.*
13. scribit An. 1586 à Turcarum Rege 12 cornua Monocerotum, quorum singula pedes 4 cum duobus digitis æquabant,

Philippe II Hispan. Regi pro
singulare dono esse missa. In
Selandia ostenditur, quod ha-
bet longitudinem 12 pedum,
crassitatem in basi genu virilis
colore cādido subflavo. Alla-
tum est à nautis in duo frusta
fractum. Taceo alia, quæ in
Aulis, Curiis, Bibliothecis,
~~Atque integræ vel fractæ cap-~~
~~pediuntur.~~

Hoc silentio præterire ne-
queo, ante triennium specta-
tissimo civi Hamburgensi Hen-
rico Janzen Rubben p. m. mordet
tur & rei nauticæ ex multa fa-
riis in utramque Indianum & eadem
rias remotiores orbis partes
exentiatis itineribus potissi-
mo

mo per duas naves, quas mercaturæ causa ad Barbaros allègaverat, *ex freto Davis* allata fuisse 14 cornua integra diversæ proceritatis, crassitiei & ponderis. Ea, quæ longiora sunt, æquāt pedes novem; quæ breviora, pedes sex. Pondus illorum lib. duodecim. Quinque basin habent solidam & firmā. Reliqua ab imo sunt excavata; in illis gyri veri striæ quæ incipiunt dimidio pede à basi, ubi rostro exeunt, in his statim ab imo. Illa duplo ferè pondere hæc superant, nullo interioris cavitatis indicio dato, cùm hæc ad pedem & ultrius sint excavata. Vidi etiam
supra

supra viginti sex in ædibus *Vidua du Bois* & *D. Tomlo* diversæ
proceritatis & ponderis quo-
rum quædam radice sunt pri-
vata & excavata, quædam in-
tegram basin & radicem pos-
sident.

At etiam in hisce quædam
diversitas in nonnullis circa
radicem nulla gyrorum vesti-
gia, in nonnullis quædam ru-
dia apparent, quædam in fun-
do seu imo sunt æqua & plana,
quædam exiguum faciunt si-
num, in unius sinu foramen
instar pisí, ex quo tria tenuia
osculula protulerant ; nullum
reliquorum sinum ita perfora-
tum inveni, ut stylum admise-
rit,

rit, vel vi intrudere valuerim.

Quæ hujusce causæ, & quid
inde judicandum vel colligē-
dum, inferius videbimus. Hæc
cornua partim in ædibus pos-
sessorum, partim apud Ami-
cos in Anglia, Portugalia, Gal-
lia expectant emptores.

Inde liquet, quanta horum
cornuum copia apud Barba-
tos illos lateat. Tantus, corum
verba sunt Bartolini libr. 4. hist. or.
Anat. hist. 4. in Grönlandia est
proventus, ut ex unicornu isto
varia instrumenta conficiant,
jacula variæ magnitudinis, pe-
cten, cultros, piscatoria orga-
na &c. Ipse met ego possideo
in meo museo jaculum ex illo.
factum

factum longitudine ulnæ, crassitie in circuitu pollicum sex
 cum mucrone ferreo. Iconem
 hujus vide Fig. VI. Nec olim
 tantum Episcopi nobiliores ex
 Unicornu isto baculos suos E-
 piscopales confici curârunt,
 qualem Bartholimus vidit Rus-
 keldiaæ in templi Cathedralis
 facello, nunc Regiomusæo de-
 dicatum, sed & in urbe nostra
 idem Jansenius tres ex eodem
 confici justæ magnitudinis cu-
 travit. Eidehi per easdem ma-
 ves advecta sunt cornua recta al-
 ba quadrantem ulnæ longa, a-
 cuta in acie, sed sine striis gy-
 risquè. Radix in obtusum est
 acuminata cum circulo aliquo

&

& lineis quibusdam seu foveis
ad scendentibus. Reperta hæc
sunt in plagâ boreali Americæ
ad altitudinem gr. 75. Reperi-
tur & tale ex donatione præ-
dicti amici inter rariora mea.
Vide Iconem V. Nautæ narrâ-
runt, esse cornua Llicornium
cæsorum ex utero materno.
Risi, & profabulâ habui. At vi-
deo in eâdem sententiâ esse
Bartolinum in Act. Medic. lib. 2. Obs.
30. Quæ si vera sint, illa cornua
procul dubio latuerunt in ca-
vitate naris tanquam radices
cornu grandioris post partum
emersuri. Attamen ut liberè
dicam, quod sentio, vehemen-
ter de hujus assertionis verita-

te

te dubito. Inauditum quippe est Physicorum & Philosopherum Scholis, cornua animali in utero nasci, exquè vulvâ cornutam prodire bestiam. Neque cornua illa cum majoribus ullâ, vel quod ad sinum, vel quod ad fandum, apicem & gyros, similitudinem habent. Formâ exceptis colorum genere vel fabulonum esse ostendere videtur.

Caput VII.

De Unicorhuū maiorum opinionibus cum reliquis, quæ hactenus pro veris sunt habita ac vendita.

EX præmissis nunc queritur, an cornua hæc Unicor-

cornium marinorum eadem
 sint cum iis, quæ à veteribus &
 modernis tātis encomiis sunt
 deprædicata, & in Regum ga-
 zis haecenius custodita? Hæc
 sanè in tanto olim pretio fue-
 runt, ut unum Romæ pretio
 nongentorum millium coro-
 natorum aliquando venerit.
 Ultrajectinum, teste Jenstonio
de quadruped. c. 56. in tanto pre-
 tio est habitum, ut infinitā au-
 rivim repetundarum damna-
 ta Colonia Agrippina con-
 tralicitaretur. Idem ex *Baccio*
 refert, Germanos mercatores
 pro uno XC. millia coronato-
 rum petiisse, & Pontificem Ro-
 manum (nempe Julium II)

G

cre-

erectâ in Vaticano pharmaco-
pæâ frustum 12 millibus aure-
orum à mercatoribus Epidau-
riis redemisse. Inde facile quis
in eam incidere posset opinio-
nem, marina ab illis differre
Unicornibus, quantum di-
stant æra lupinis.

At tantum abest, ut hoc
verum sit, ut contrarium po-
tius firmissimè credamus. Cer-
tò enim certius est, à nullo
mortalium hactenus præter
illa marina in toto terrarum
orbe visa esse animalia eius-
modi cornu ferentia. Incredi-
bile autem est, si talia sint per
nemora, montes sylvasq; va-
gentur, quin ab ullo conspe-
cta,

cta; exantris protracta, & Eutropæis nostris eorum, qvæ in vastissimis Africæ Americæq; solitudinibus rariora occurruunt, scrutatoribus & observatoribus soletissimis monstrata vel indicata fuerint. Præterea jam superius indicavimus illa, quæ veteres de suis qva. drupedum Unicornibus memoriz prodiderunt, vel figura animiq; lusus, vel asinis bobusq; Indicis congrua, vel ex aliorū fallaci relatione hau-
ita, seqve ab ipsis scriptoribus visa fuisse. Accedit, quod marina cum illis, quæ hactenus sine controversia verorum Unicoruum notas, formam &

nomen, in quo^cunq^{ue} etiam
thesauro & loco fuerint, obti-
nuerunt tam exacte, quod ad
formam, figuram, strias, basin,
apicem, rectitudinem, &c. cō-
veniant, ut nix nivi non sit si-
milior. Impossibile autem est,
tantam similitudinem depre-
hendiposse in ies; qu^az toto ge-
nere vel specie sunt diversa, &
à se^tetam longe dissita, quod
tum profunditas pelagi à cacu-
minibus montium, vel calidi-
dissimae aëris regiones à nivi-
um glacierumque aceryis di-
stant. Ejusdem nobiscum sunt
sententiae viri in arte nostrâ ce-
leberrimi, judicio pollentissi-
mi & rerum curiosarum ob-

servatores & examinatores acutissimi.

Audiamus de hisce *Bartbol.*
qui *Cent. IV. bistor. Anat. bistor. 4.*
de *Unicornu Grōenlandico*
ita scribit: *Hic est dens, quem*
pro Unicornu vero anteā o-
mnes venditārunt, & ex ani-
malī terrestri deciduum credi-
derunt. Affirmare non dubi-
to, ex Balzenæ dente desum-
pta fuisse Unicornua, quo-
quot hactenus hoc titulo pro-
dierunt. Vidi plurimis in lo-
cis frustula, vidi paulo pōst
& integrā Unicornua in the-
sauris Ultrajecti in fano Sanct.
Dionysii alibiquē, sed tam
similia huic balzenæ denti,

ut ovum ovo. *Museum Vermi-*
anum lib. 3. cap. 14. dicit, dens ejus
 nempe *Unicornis* hactenus
 pro vero *Unicornu à Magna-*
 tibus & aliis est habitus, & hoc
 ipsum est, quod à Magnatibus
 & Principibus pro vero vēdi-
 tatur *Unicornu*, quodq; cōtra
 venena & morbos venenatos
 multūm pollere omnibus per-
 suasissimum est. Eadem mens,
 idem judicium sedet *Nicol. Tul-*
pio libr. 4. Medic. Observ. cap. 59. ita
 differenti: quamvis acriter di-
 sceptetur, utrum etiānum ali-
 cubi extet *unicornē* illud ani-
 mal, cui sacræ literæ præter iq-
 domitam ferociam pretiosum
 attribuunt cornu, extra ta-
 men

men opacem aleæ controver-
siam est pleraq; opinia, quæ à
Magnatibus obseruatær, cor-
pua adeò son esse feræ alicu-
jus terrestris, quin potius pro-
dire ex helluâ marina, cuius
cornu passim reperiuntur cùm
in mari boreali cum etiam in
Islandiæ, Grönlandiæ aliarū-
quæ vicinarum insularum his-
toribus. Idem sentit (ut alios
taceant) Thom. Braus, libri. 4. Pseu-
dodoxie Epidem. p. 23.

At dicat quis: *Plinius s' A.,*
lianus suis assignant colorem
nigrum. Scaliger videtur sub-
fulvum, unum subluteum, u-
num puniceum. Venetianis ut
& Helvetiis tribuitur forma pla-

na æqualis absque striis & gy-
 ris. Quomodo hæc conveni-
 unt cum Grœnlandicis ma-
 rini? *Respondeo*: si hæc & hujus
 farinæ alia nervū habent, poti-
 us aliquibus illorum quam hi-
 sce nostris statūs quæstionem,
 nempe an legitima & genuina
 sint, movebūt. Cornua rhino-
 cerotum, asinorum, boum quæ
 Indorum nigra esse, extra con-
 troversiam est; sed quis certos
 nos reddet, Pliniana & Æliana
 non ferarum istarū fuisse cor-
 tina? *Tulpiq* affirmare non dubi-
 tat, vim alexipharmacam à Pli-
 nio, Æliano, Solino aliisq; pri-
 oribus ætatis accepta ferri non
 tā Monocerotis cornu, quam
 ægni sylvestris, lib. 4. *Med. obs. c. 59.*

Tacco,

Taceo, *Thevetū* sensisse, illa non aliud esse quām Elephātum osfa eo, quo cernimus, artificio circinata. Sic enim in orientalibus regionibus ardentes pīfeis Rohardi, maci rubro noti, dentes circumagunt, cavat, sequae esq; arte redditas arbitratī producunt, & pro cornu unicornis vendūt. Plana aquilia illa, nēmpe Venetiana, quæ tā subtilia; *Marius* affirmat, ut pocula inde confici nequeant, & Helveticum, quod ut Mōschus odore præstans dicitur, an hisce ut scrupulū vel suspicitionem doctis moveant, non genuina, sed mineralia vel factitia, & ex variis alexipharmacis

G. s. con-

congesta vel compacta esse, me
prudentiores judicabunt.

Prudenter *Amatus Lusitanus*
Comment. in Diosc. lib. 2. de CC. Ca-
ve, ne decipiamini, quum
multi ex calce & aliis varis re-
bus mixtum ad formam cot-
nu redactam pro vero cornu
Monocerotis monstrantur. Et
Sennertus libr. 5, cap. 4, *Philosoph.*
nat. meminit cornu cuiusdam
fossilis, quod pro *Monocero-*
tis cornu habetur, cui etiam
vim tribuit adversus *Epilepsi-*
am morbosq; malignos, & à
genuino distinguere docet,
quod verum sit admodum du-
rum, solidū, & limari vix, mul-
to minus teri poscit. At fos-
sile durum non est, sed facile
fran-

frangitur, teritur, & linguæ ad
 modum adhærescit Unicornu
 etiam fossili. *Job. Dausch. in Sche-
 diasmate tribuit odorem quan-
 doque gratissimum non secus,
 ac si quis lac cum Amygdalis
 miscuisset, quandoque pomū
 Cydonium olet, &c. pluraquæ
 refert reperta, quæ pro Uni-
 cornu vendita. Quòd si verò
 illa genuina & vera sunt, pla-
 niciem hanc vel à manu arti-
 fices vel injuriā tempestatum
 & longævitatem temporum,
 quibus antequam in apricum
 prodierunt, forsan acceperūt.
 Sanè amicus meus *Fauferius* tres
 planos lævesquæ baculos ex U-
 nicornu marino elaboratos*

G 6 pos-

possidet justæ proceritatis. Diversitas colorum, quem Scaliger & alii observârunt, parùm momenti habet. Quod extra gingivas prominet, inquit *Mus. VVormian.* buxeum ferè est colore, sed cultro tenuiter, si rase-
ris, candidat. Ætate & aëris am-
bientis injuriis flavedinem ac-
quirere non secus ac alios den-
tes Elephantis, Rosmari, Apri,
&c. verisimile est. Nobis vide-
tur cortex exterior, si judicare
volumus ex adductis & visis,
naturâ esse colorem luteo, luri-
do, ad albedinem accedente,
mixtis lineolis nigricantibus,
qui arte tornatoris manu po-
litoris aut aëris sali soliqvè vi-
in

in alios haud difficulter mutari possunt colores.

Sicut fraus artem, ars natura
nititur in multis imitari, si non
superare, ita hoc idem contin-
gere interdum Unicornibus,
non est dubium. De adultera-
tione lapidum Bezoardicorū
& fictitiā horum ab Indis &
Judæis Iucripetis efformatio-
ne querelæ Medicorū & Phar-
macopæorum audiuntur per-
frequentes. De Unicornu idē
olfecisse videtur *Cardanus* vir
iudicij acerrimi, ideo *libr. 17. de
xerum variet. c. 97.* quinq; recen-
set notas proprias nec separa-
biles, quibus frusta ejus vera a-
gnoscuntur. Prima est ambitus
ille

ille torcularis, qui nisi ab arte
fiat, nulli alii convenit. Secun-
da est dureties maxima, ut non
[quemadmodū Ebur] radifa-
cile queat vel acutissimo chal-
lybe. Tertia est, quod ponde-
rosissimum est, & ebore mul-
to gravius. Nunc Ebur cervi-
no cornu, qua parte solidissi-
mum est (scilicet cacuminibus) paulo est gravius ; tenui
qua partem muleo, at Ebore longe
graveius est cornu Monocer-
rotis. Quarta est, quod exhibi-
bitum columbo liberae ipsius
à veneno, lieet ægrè, non enim
pari pondere. Quinta est color
illebuceus, quo à cornu vaccas
Indicæ distinguuntur. Illud e-
nim

nim nec pondere nec duritate
inferius est, sed hoc penè ni-
grum est, & quasi squamosum,
cùm substantia cornu Mono-
cerotis Ebori non sit absimi-
lis. His fit, ut aquæ impositum
bullas non excitet. Nam soli-
dissum est, ut dixi. Quòd si
frustum magnum sit, rectitu-
do manifestum veri Monoce-
rotis argumentū probet. Nul-
lus enim dens aut cornu re-
ctum est exquisitè.

*Medici Augustani adducti à VVor.
etio cap. 14. libr. 3. dicunt, adde-
scriptionē legitimi cornu Mo-
nocerotis requiri, ut sit ex toto
solidum (quod tamen in mul-
tis non reperitur) sine ullo no-
do*

do aut fissurâ, anfractuosum, &
 spiris minusculis quasi linea-
 mentis decenter convolutum,
 inodorum, colore nō absimile
ab oīr betuſto, hoc esti at apab-
 lidum, ut subflavi qvid habeat.
Forestus Tom. I. lib. 3 de Feb. Syncop.
 afferit, frivolum esse experi-
 mentum quorundam vulgari-
 um, quod ipsum in vinum pro-
 jiciant, & si bullas vinum emi-
 serit, verum & legitimum esse
 pronunciāt, licet unum-quod-
 libet cornu idem præstet. Ve-
 rū exactius id experieris quām
 quilibet Mercator, qui falsò
 aliud cornu pro **Vnicornu ve-**
 ro ac legitimo vendit. Scobet
 ejus cum arsenico devenadum
 dabat

dabis Gallinæ, Turturi aut Co-
lumbæ, si superstes māserit, ve-
rum ac legitimum pronuncia-
bis Unicornu esse. Alii in Au-
rifabri fornacem demittunt, si
odorem cornu à se non emit-
tat, verum prædicant. Alii re-
ferunt, quod in ustione non
omnino comburatur. Vide
*Amat. Lusitan. Com. in Dioscor. lib. 2.
de CC.*

Caput VIII

**Utrum ossa illa cor-
nua vel dentes dicenda?**

item au decidua?

Quemadmodum nostri
seculi Doctoribus cum
turbâ veterum errare
vel delirare indecorum est, ita

H

A

à quibusdam illorum in controversiam dicitur, an oshoc,
 quod passitivus cornu vocatur, hoc nomine sit dignum,
 vel denspotius nominari mereatur. Legoden tem appellari
 à Bartbolino, VVormio, Schonfeldio,
 Braunio, aliis. Autor Relationis Gallicæ de Grœnlandiâ D. de la Motte
 in scriptæ, & in Germanicam
 linguam à D. Sivero Hambur-
 gensi P.P. translatæ, affirmat
 cap. 9. cornua, quæ im merito
 cornua dicuntur, nihil habere
 commune cum his, quibus ju-
 re merito hoc nomen compé-
 tit. Cap. 10. hanc afferationem,
 si sunt dentes, pisces non pos-
 sunt esse Unicorns, quia ca-
 rent

rent cornibus. Si verò sunt cornua, verè sunt Unicorns, qui unicum tantum cornu habent. Allegat ex specimine Islādico *Angrimi fone* verba hæc: Reperti sunt dentes, quos pro cornutis hic habuisse putatur, balænarum pretiosi & potiores maris æstu in siccum reiecti ac literis Rhunicis indelebili glutine rubescens coloris inscripti, ut nautarum quilibet suos, peractâ aliquâdo navigatione, recognosceret. Ex Aristotele hanc adducit rationem: Omnes Unicorns cornua sua in fronte ferunt, hi vero pisces habent sua falsa dicta cornua in apice mandibu-

te & in gingivâ co.loco , ubi
dentes insici sunt. Cornua af-
figuntur fronti per Symphy-
sin, si vero dentes radicati sunt
in mādibulâ, per Gomphysia.

Quia ad oculum vidimus
in isto cracio illud, quod pro
cornu habuimus, mandibulæ
insitū fuisse pedis circiter lon-
gitudine, & in longum foras
produisse lanceæ humi prostra-
tæ instare eo modo, sicut Pisces
piscis ferrati, & aliis piscis xi-
phias suum fert gladium. *Capite*
XI. *pergens dicit,* quia illi pisces
nec pedes nec ungues habent,
quòd & ideo cornibus careat.
Concludit, quòd illis piscibus
dentes excidant & renascantur

sic ut

sicut pueris, ipsum S. Dionysianum esse dentem sponte prolapsum ex mandibula piscis ab Islandis Narhual dicti, neque cornu esse posse.

Verum enim verò, quam hæc acutè facis disputata fatear, tamen iisdem subscriptis beter ne quo. Ecco enim! Certo certius est, in totâ rerum universitate non reperiuntur animal dentatum, cui natura non nisi unicum dedit dentem. Unicoria dari & quibusdam folipedibus unicum tantum cornu, sicut bisulcis duo nasci, experientia testatur. At dari integrum animatis speciem, qui non nisi unicus dentis à natura

datus, à rerum naturalium peritie, ut libi ante-hac vel scriptum vel visum vel auditum quis asseret? quis probabit? Dentium radices acuminatas tenuiores multò & subtiliores esse ipsis dentibus, atq; in maxillis, ubi prensatio & incisio cibis fieri debet, rectè adscendente vel descendere, notius est, quād ut probatione egeat. At in Monocerote omnia contraria. Radix seu basis neque acuta neque cornu multū tenuior, sed ejusdem ferè cum hoc erasitudinis, imò ipsius verba sunt VVorm, denti respondēs; inaeque deorsim neque sursum spargit, sed recta linea insimilis

suo

sao ad oculorum orbitam ex-
currat; neque os hoc in palato,
ubi prensatio & incisio cibo-
rum fieri potest & debet, sed
extra è nare lanceæ oblongæ
instar progredivit. Quo igitur
jure dentis nomen ei tribui
potest? Etsi dentes animalium
juxta Aristot. T. 2. de Animalib[us] or.
cap. 1. multiplici differentiâ inter-
se, tum hominis ratione vari-
ant, aliis utriq[ue] dentatis, aliis
altero dentium ordine caren-
tibus; atque officium denti-
um est mordere & secare, unde
dentes quasi edentes, & græcè
οδοντες quasi οδοντες dicuntur;
tamen nullum horum de ani-
malib[us] nostro dici potest. Neq[ue]

H 4 utrin-

utrinque est dentatum neque altero tantum dentium ordine, quantum nobis constat, caret, neque dente ita dicto ad mordendum & secundum vel edendum utitur, neque hic aliquid cum illâ dentium specie, quod ad usum & formam, simile vel communis habet. Hoc ipso si non excludatur dentium ordine, nomine & specie, quo præterea excludi debeat, equidem non video.

Quid de pisculum dentibus Medici & Philosophi statuant, notum. Omnia horum Cœryphæus Aristotel. libr. 3. de part. Animal. cap. 1. scribit, pisces omnes serratis sunt dentibus, uno

uno excepto, qui Scarus dici-
tur. Complures etiam dentes
in linguâ habent, etiam in pa-
lato. Cujus rei causa est, quod,
cùm mersi in aquis degant, hu-
morem cum cibo admittant,
eumquè exspuant quamprimum,
necessè est. *Cardan, de Varietate rerum, libr. 7.* sunt, inquit,
qui unum tantum ordinem
habent velut Scarus & Aurata,
quidā duplicem ut Galeis qui-
busdam, alijs triplex ut Mal-
thæ, quadruplex squatinæ & a-
liquando quintuplex, Lamiæ
sextuplex, Maraxo referunt
novem esse. In his verò &
alijs hujus generis ne Jota appa-
ret, quod pisces & belluae no-

122

stræ marinæ tribui possit. Quid
Si cornū ejus hoc nomine est
indignum, & dens appellan-
dum, quo tandem nomine
ipsum animal nominabisur?
Neque Monoceros neque U-
nicornis dici potest, cum haec
nomina argumentum notam-
quæ cornū præ se ferant insi-
gnem. At non aliud quām
hoc illi feræ nomine hactenus
à doctis neque ab ipsis illis vi-
ris magnis, qui pro dente pu-
gnant, datum fuisse vidi. Cer-
tum est, quod in Maxilla à
Vormio, nostris nobisque
visâ, nec vola nec vestigium
ullius dentis appareat. An ve-
rò in inferiore fuerint, vel an
ceto-

cetorum instar, ad quorum genus refertur, edentulum sit animal, nos fugit. Quod si dentes maxillæ inferiori infixi, optimè illi quadrat hoc, quod Aristot. de Cornigeris affirmat, utrinque dentata non esse, quippe quæ primorib⁹ maxillæ superioris careant dentibus, c. i. de Animal. Hist. Hisce addo, ut alia taceā, quæ Cardan l. 17. de Variet. Rer. c. 97. ex rectitudine indicia petit; Rectitudo, inquiens, manifestum veri Monocerotis argumentum præbet. Nullus enim dens aut cornu rectum est exquisitè præter illud vaccæ Indice, sed vaccæ cornu distinguitur colore atque substantiâ, &

præterea formâ. Nam est coniforme, ut in parvo etiam frusto ab imo ad summum magnam latitudinis differentiam invenias. Cū in Monocerotis cornua, si parvum sit, nulla penè in maximâ latitudine exiguum in ambitu discrimen habeat.

Neq; hisce obstant, quæ superius in contrariū & pro dente adducta sunt argumenta. Fazcor, si dens est, nec animali nomine Unicornis, nec denti Unicorni competit. At unanimi Doctorum calculo à multis regredie seculis & illi Unicornis seu Monocerotis & huic Unicoru nomen est tributum. E. nō est dens. An *Anginus Jonas* os, quod

quod dentem vocat, pro vero
 Unicoru agnoverit, mitto. Si
 facit, unius autoritate stare
 non possumus, cùm tot in con-
 trarium habeamus. Qvosdam
 Unicorns cornua in fronte
 ferre, ex Aristotele certum. An
 verò huic summorum natura-
 lium mystæ ignotum fuit rhe-
 noceroti cornu non in fronte
 sed naribus esse? Nō igitur illud
 de omni & qvâvis Unicornu
 specie pronunciavit effatum.
 Qvæ ossa per συμφυσιν, quæ
 per gomphysin inserta sint,
 hoc Medicorū æq; qvām Anat-
 omicorū docent Scholæ. Sym-
 physis juxta Galen. de Oss. in proœ-
 mio est naturaliū ossium unio,

vel

vel quando dua ossa sibi invicem aut immmediatè coalescunt
 (veluti quæ fungiosiora & mollia sunt) vel quando aliorum interventu connascuntur, ut sunt sicciora & densiora, nempe mediâ cartilagine & dicitur Synchondrosis ; vel mediis nervis, & dicitur Cinerosis ; vel mediâ carne, & dicitur Sysarcosis. Gomphysis vero est, cum ad instar clavi os ossis infigitur, vel cum os unum alteri penitus est infixum, ita ut ne tantillum quidem (velut dentes suis alveolis) moveatur. At per solam hujusmodi gomphysin os, de cuius nomine quæritur, mandibulæ huius

jus feræ instar clavi esse infixū,
 hoc probatum nondum vi-
 deo. Licet enim videatur cra-
 nio insitum ad pedis vel sesqui-
 pedis longitudinem , tamen
 gomphysis inde nondum ad
 oculum patet. Poteſt eſſe inſi-
 tum mediā cartilagine vel me-
 dio nervo, quæ symphyſeos
 ſunt ſpecies & Synchondroſis
 & Syneureſis dicuntur. Imò
 horum medio inſitum fuiffe
 teſtatur *VVormius*, dices in Mu-
 ſeo, interiorem ejus ſuperfici-
 em asperam & horridam red-
 debant ligamentorum mem-
 branarumquè, quibus dentis
 radix obvolvebatur in ſuo al-
 veo, reliquie. Quidni iigitur
 inſi-

insitum dicamus, sicut majorum osium capita insita sunt acetabulis suis? Piscis Xyphiz & Pistridis exemplum nil ad rem. De his *Fonson. hist. de Pisc. cap. 4. Art. 4.* Ultraque maxilla rostrata est, superior magis ossea durior, aliquando bicubitalis, inferior etiam triangularis. Dentes ipsi falso Alianus tribuit, non admodum curvos nec admodum inanius. Nullos enim habet. Eorum loco ossa oblonga & aspera in palato resident, absunta in tanto gladium materia, quæ dentibus cedere debebat. Hæc si vera sunt de gladio Xyphiz, cur non etiam vera de cornu

Mono-

Monocerotis? Sanè in omnibus corniferis cornua non eodem modo ex capite prodire docent Philosophi & Anatomici. De Bobus scribit *Cardanus* constare, quod ossi cornua non inhæreant, tum quod absque labore detracta cute auferantur, & quod in Phrygiā, teste *Aristotele*, boves mobilia cornua habent, ipsiq; Indico *Garfias* ab *Horto* Unicornu mobile, quod nunc in dextram nunc in sinistram obvertere, modò attollere, modò dimittere potest, attribuit cornu. Neque forsitan aliter Rhinoceroti cornu, cui hactenus nemo de nomine controversiam movit, est affi-

xum. Quid, quòd teste Bartholino libr. 4. Anat. cap. 4. in cranio humano nonnunquā cornua ex crescunt, modò mobilia, modò duriora, arietinis similima, interdum cranio, interdum cuti affixa. Exempla habent Paræus, Hildanus, Rhænodeus, Zacutus, Severinus & alii. *Museum VVorm. lib. 3. cap. 24.*
 propositum. Equum cornutum, cuius utrāque auricula parvæ exteriore enatum cornu, acutum, pennæ olerinæ crassitie, longitudine unciarum duarum cùm dimidiâ, pendulum & mobile, statis temporibus deciduum, &c. Manet igitur nostræ bellus, quo cunque etiam

modo cornu ex proboscide
 seu nare exeat, & in cranio ge-
 neratum & affixū sit, Unicor-
 nis gloria ejusquè cornu Uni-
 cornu nomen illibatum. Vel
 si novo nomine illam insigni-
 re placet, vocetur Rhinoceros
 marinus, quia cornu ex rostri
 extremitate instar Rhinocero-
 tis exserit. Sicut enim hic quo-
 que exrostro porcino, sed an-
 tē acutiori, neque tam obtuso,
 ita in hujus extremitate cornu
 extat, unde nomen sortita est
 bestia.

Athelongias hisce ita mo-
 ret, ergo ad aliam primę
 congenerem quæstionem, an
 necipere cornua hæc sint deci-
 du

dua, bestiisquè vel sponte excidant, vel à repullulantibus novis extrudantur, vel vi glaciei interdum auferantur, & iterum nascantur & repullulent? De eo, vix est, ut dubitemus. Férunt, inquit *Vivarium in Musæo*, ejusmodi belluas glaciet cruxis majoribus implicatas magno impetu hoc dente se expedire, unde frangi & multilari haud raro contingit.

Superius dixi, ad nos allata esse quædam ab imo cava, quædam in basi seu fundo solida & firma. Amicus, qui possidet, dicit, esse hæc Unicorni-

um terrestrium , illa marino-
norum . At hoc condonan-
dum homini literarum rudi ,
sed rei nauticæ scientissimo .
Indè ego conjicio , illa cava
ab animalibus esse deposita &
abjecta , hæc verò solida ca-
ptis , occisis vel mortuis cum
radice adempta . Hæc enim in-
tegram possidet radicem , quæ
etiam in calvaria ad nos addu-
cta , ad oculum paret . Cava
verò hæc destruitur . Atque
ideo firma & solida illa hæc
excavata , quamvis longior-
ra sint , pondera multum su-
perant . Accedit , si ferre cor-
ruat nonquam deponerent ,
quod immensam molem

I ;

hæc

hęc sint excretura, cūm cornua
 per dies vitæ recrēscere soleant
 in plenisque cornigeris, & de
 horum ætate ex cornibus judi-
 cium fieri soleat. Quapropter
 & hircis cornua sunt decidua,
 tum utilitatis causā, ut onere
 levemur; qunt ex necessitate,
 praepondet. Lubens hisce
 adiungo, quas Author relatavit
Gallire de Groentandiā cap. I. ex o-
 rę Illustrissimi Cancellarii re-
 fecti, nemipe Regem Danie
 tempore: quod dām iussisse cor-
 mi integrum in loco, ubi cras-
 sissimum, semper juxta fundū
 cum radicem: scatē dissecat.
 Sectione institutę, deprehē-
 sa fuit cavitas, in qua cornu
 erat

ex-

exiguum ejusdem cum majo-
ri formæ & essentiæ apparuit.
Peractâ circumcircâ sectione
sine parvuli hujus læsione, vi-
derunt, parvulum hoc majori
insitum fuisse, quo usque ca-
vitas se extendit, reliquâ parte
solidâ & firmâ. In *Musæo VVor-*
miano hæc adscribuntur Esaiæ
Fleischero Pharmacopæo in-
dustrio Regio. Utrum hæc sit
genuinum cornuum mutan-
dorum vel abjiciendorum ra-
tio, vel an beltiaæ deponant sic-
ut cervi in locis difficilibus,
non quidem quotannis, quod
solis cervis datum, sed tempo-
ris longiori intervallo, de hoc
ut de re incertâ certi quid affir-

mare non possumus. Hoc
 certum est, cornua cava ab imo
 in margine inferiori esse per-
 tenuia & jam striata ut plera-
 que solida, striæ genuinæ de-
 mum incipiunt eo loci, ubi
 mandibula sunt egressa, vel
 cum vel sine sinu. Ideò puto,
 non à verò abludere cavitatem
 hanc à protuberantibus & pul-
 lulantibus novis cornibus cœ-
 peam. vel à radice impressam
 reliquaq; ab aquarum allu-
 vie, vermisq; colluvie, & tem-
 porum edacitate augeri, & dū
 cœlo soliquè est expolita, ma-
 jorem fieri. Unde accidit, u-
 nū altero profundius esse ex-
 cavatum. Hoc addo, in qui,
 bus-

busdam excavatis me reperisse corticem fibrosam, oblongam, cortici arboris emortuæ persimilem, quæ cum nigrâ & aridâ medullâ inclusâ salsedinem gustui præbet. Hæc ei sit naturalis vel adventitia, & ex maris salsedine impressa, in medio jam relinquo. In quorum cavitate rectâ medulla pinguis, mollis, adiposa, odore gravi & rancido. Hæc inveni etiam apud Vidiuam Du Bois unum satis procerum, quod totum est diaphanum vel perspicuum, ita ut ab imo per ipsum apicem facies oculorum penetrate posse.

Medicinâ præstent vel præsta-
re jactentur, de hoc jam pau-
cis. Reperio autem hîc ma-
gnam judiciorum testiumquè
diversitatem. Quidā nimium
extollunt, quidam nimium
deprimunt, quidam mediæ in-
sistunt via.

Certum est, **veteres** in eo-
rum, quæ **Unicornia** dixerè,
**viribus & laudibus deprædi-
candis nimios fuisse**, illis non
tantum alexipharmacam, sed
etiam magicam ferè attribu-
entes virtutem. *Philostratus Le-
nnius in vitâ Apollonii Thyanæi libr.
3. cap. 1.* testatur, conficeret In-
dos ex illis cornibus pocula, re-
ferentes, nullis morbis illo die

affici, qui ex hujusmodi poculo potarint, neque, si vulnerati fuerint, dolere, & ex igne etiam incolumes egredi, neque ullis venenis lædi, quæcunque nocendi gratiâ in potu dantur; idcirco Regum esse eadem pocula. Addit *Elianuſ lib. 4. de Animali. cap. 3.* Ex hoc cornu bidentem ab insanabilibus morbis tutum fieri, neq; cum ipsum convulsioneibus corripi, neque sacro morbo tentari neque venenis ullis. Quin, etiam si quid pestilens biberit, tum id evomere, tumquè ad sanitatem redire. Nervosè de suis *Angelus Borgenus citante Horſio Inst. Med. Disput. 26. de Med. occult. facult.*

Unā-

Ulnâquè in fronte superbi
Cornu, quod Regis Indorum proti-
nus aurèis

Orbibus includunt, & vinaliquē-
tiapotent,

At tum nec morbos, uti sentire fe-
runtur,

Nec qua inter mensas occulta
hancēre venena.

Ex recentioribus quidam vim
alexipharmacam unicornibus
penitus adimunt. Ego, inquit
Mercurialis consalt. Med. T. I. conf.
94. adduci nequeo; ut credam,
cornu illud Monocerotis ullam
peculiarem venenorū expu-
tricem facultatem tenere, nisi
ipsum virtute suā exsiccatoriā
proinde atque alia multa exsic-
cantia aliquid efficere posse di-

ca-

-1714.8

camus pro venenis extinguēdis. *Ambros. Paræus* in eodem hoc probando valdè sedulus & prolixus est. Verba ejus, quia aliorum etiam nititur auctoritate, *ex libr. 20. cap. 39.* hæc adducimus: *Demus, unicorner esse, an propter ea efficitur, eorum corpus tandem aduersum venena esse & voneris efficacia?* Si experientia & rerum eventis agendum est, sanctè hoc affirmare possum, plures me tentasse, nūquid non tam quicquam ex cornu isto quod pro unicornis jactatur adversus venena feliciter ageris mihi commissis successisse. Si testibus & auctoritatibus prae-

gnan-

gnandum, magna pars melioris notæ Medicorum jam pri-
dem hoc cornu valere jussit, &
divinas illi admirandasquè vir-
tutes, propter quas anteà tan-
to perè expetebatur, detraxit,
multis quidem justis, sed dua-
bus potissimum rationibus.
Prima est Rondeletii, qui hoc
in genere adstruit, cornua nul-
lo neque sapore neque odore
esse prædita, itaque nihil viri-
um in re medicâ possidere, nisi
fortè ad desiccandum. Nec me
latet, inquit, plures facultates
illarum prædicari abiis, qui lu-
cram quæstusque de iis faci-
unt. Ut & rafraunce Unicornis,
quæ quo pendunt, propriaeā,

quod

quod venenis & vermicibus ut plurimum adveretur; quod non minus præstare cornu certi rasuramq; eboris existimat

Quod causæ est, cur ad cunctum morbum pauperibus Elephanti dentem, divitibus autem cornu unicornis, quod unum pro cæteris expectant, pati successu præscribā. Hæc Roddeletii sententia est, qui sine discrimine pro Unicornis cornu solebat substituere nō modò CC. aut dentem Elephantis, sed etiam ossa equina, canina & mirabolanorum. Altera ratio est, quod, quicquid venenous resistit, est cardiacum, id est: cordi, quod venena per ser-

fertim appetunt & oppugnant,
 roborando natum. At nihil ro-
 borandi cordis vim habet præ-
 ter laudabilem sanguinem &
 aërem, qvia duo illa solùm cor-
 di sunt familiaria, utpote san-
 guinis arteriosis & spirituū vi-
 talium officinæ. At cornu U-
 nicornis ut nullum odorem,
 sic nec ullum in se aërem con-
 tinet, totum terrestre & ari-
 dum. Nec verò facultatis con-
 coquentis vi in sanguinem ver-
 ti potest, qvia , ut exsuccum
 sit, & excarne est. Qvare ut
 nec in chylum sic nec in chy-
 lulum & sanguinem verti pot-
 est. Nulla igitur similitudine
 aut familiaritate cordi jūgitur.

K

Jam

Jam vero apud Hippocratem
 & Galenum de cornu unicornis ne verbum quidem unum,
 qui tamen tot sententiis cornu cervinum commendarunt.
 Itaque Capellanus primarius Regis Caroli IX. Medicus crebro dicere solebat, se libenter cum morem sublatetur de cornu unicornis frusto in patetram Regiam demergendo, nam nosset, cum opinionem tam altere in animis hominum infixa esset, ut viceretur, non ratione expugnari posset. Adeo, quod dicebat, si superstitionem ejusmodi remedium non prodest, certe non admodum obest. Pergit idem, cum aliquando

do

do ex Ludovico Dureto Regis
 Medico & Professore quæsi-
 vissem, quid de ejusmodi cor-
 nu sentiret? respondit ille, ni-
 hil se ei viriū attribuere; quod
 si quando temporum & con-
 suetudinis vitio victus id cor-
 nu præscriberet, non alio se id
 cònsilio facere, quām ut mede-
 tetur animi deliquiis, quæ con-
 tingunt ex seroforum humorū
 in ventriculi orificio natantiū
 copiā, quæ in compositos ho-
 mines facit. Quod huic cum a-
 his pari facultate præditis mix-
 to vis insit terrestri suā succi-
 tate aquosī humoris absorben-
 di. Hactenus Paræus.

At medium tenuere beati?

K 2

Alii

Alii suat non minores cum p
 adductis laudis eruditionis &
 experientiae Medici & Philo-
 phi , qvi in contrariam eunt
 sententiam , insignem . Uni-
 cornu alexipharmacam virtu-
 tem tribuentes . Ex innumeris
 unum atqve alterum hic te-
 stem producam . *Martinus Forbi-*
ferus Anglus de Navigatione
ad Indiā Occidentalem, visus,
 inquit, est piscis mortuus, è cu-
 jus rostro cornu rectum ac in-
 tus cavum surgebat ulna & ses-
 qui longitudine, cuspidē pau-
 lūm attritā seu cōfractā, quod
 posteà facta experientia perin-
 dead venena arcenda valuit, ac
 Unicornua nostra sancti æsti-
 ma-

mata, qvæ prognata vulgo cre-
duntur ex fronte terrestris ani-
malis, qvod nunquam conspe-
ctum. Thuanus lib. LXV. Hist p. 141
T.i. Et Palmarius Constantinus de
febr. pest. Nobile, inquit, & ge-
neroſum aduersus omnes ve-
nenatos pestilentesq; morbos
remedium est cornu Unicor-
nis, qvod Reges, Principes,
quiquè viri divitiis affluentest
penes ſe habere, atqve in fu-
turos uſus recondere debeant.
Et iterum insigni equidem
(quantum explorando assequi
potui) facultate praeditum est
aduersus venena & morbos o-
mnes malignos. Dosis est ʒj.
aut ʒſs. qvod minimū eſſe de-

50 (150) 50

bet. Nam cùm vulgò quatuor
duntaxat aut sex granula por-
rigere soleat, quid conducere
posit, non video. *Amatus Lusit.*
Comm. in Dioscor. lib. 2. de CC. Me-
dici, inquit, Lusitani nostri,
quidiū apud Indos artem me-
dicam exercuerunt, & ad nos
reverfi sunt, dicere solent, nul-
lum apud Indos validius & po-
tentius antidotum contra ve-
nena & febres pestilentiales re-
ptiri hoc contrahicornis, de
quo & pos oīq; pluribus cele-
bris Medicis tam Hispani-
arum quam Italica sententiam
ferre possumus, quū illius fo-
bem scrupuli quantitate in o-
leo contra opotum arsenicum
ad dede-

dederimus & per vomitum totum reiectum fuerit, ut æger liber ab orci faucibus creptus manserit. *Forestus T. 3. libr. 30. de puncturâ animalis venenosi consuit*, ut ignorato venenotherica potui tribuatur aut *Unicoru*nu. Et *Tom. I. lib. 3. observ. de febri syncopali* idem observat. *Unicornu verum maximè in Syncope profusse cū vino in principio paroxysmi seu temporis syncopis propinatū.* *Thom. Bartol. lib. 4. bist. Med. bist. I. testatur*, felici successu Medicos urbis Hafniensis observasse, potentissimè provocare sudores in febre malignâ cum graffante, & cum sudore largo extinctas

K 4

esse

esse febres. Exhibitum pulverē
 ejusdē à scrupulo uno ad drach-
 mā semis in aq. Card. B. vel Sā-
 buc. Cerevis. &c. etiam in vītis
 insuetisquē sudorem copiosius
 expressisse. Pergit: dedi quam-
 plurimis febricantibus raro si-
 ne optato successu, ut in usum
 pauperum hujus unicornu fru-
 stula non pauca consumserim.
 Experti sunt quoque eandem
 vim in ægris suis Medici con-
 summati *D. VVormius & Motius*,
 ut candidē mihi confessi sunt.
 Neque solum exhibitus pulvīs
 profuit, sed collo appensa fru-
 stula amuleti vicē sustinuerunt.
 Rogatus transmisi frustulum
C. V. Alberto Cupera Med. Prof. Lei-
denfi

densi amico, q̄vi an. 1655. magno
 successu in pulveris formā re-
 dactum cum aquā cōvenien-
 ti exhibuit ægrotis lue pestife-
 rā, quæ totum Belgium depo-
 pulabatur, correptis, ut aut illi-
 cò convalescuerint, q̄vi principiis
 obstatere, aut leviora experti
 symptomata morbum faciliùs
 tolerarint, aut certum exitium
 in aliquot dies distulerint. *Hof-*
mannus in Pharmac. Schrōd. libr. 5.
 dicit, in febribus malignis à
 scrupulo i.ad drachmam semis
 sudore largo in sequente salu-
 tarem p̄fstat usum, nec minùs
 in Epilepsia conductit. *Pbil. Heg-*
steterus observ. Med. Decad. V. casu 9.
 hæc habet: Servatur in nostrâ

familia cornu cuiusdam specie-
s, quā unicornu dicunt. Pre-
dicavit ejus laudes Petr. Paulus
Hechsteterus Med. Pfortzhei-
mensis p.m. in dysenteriā pe-
stilentiali & ad expulsionem
variolosum sudore: Ego in ma-
lignis febribus, in dysenteriā,
in nimia hæmorrhagiā non si-
ne fructu usus. Ante 20 annos
Dn. Sighartus Pharmacopaeus
ingenuus unā cum quibusdam
ex Collegio Medico, in quo-
rum numero & ego, subjicit
experienciarum cornu quoddam,
quod Unicornu vocabant, &
oblatis duobus canibus æqua-
lis staturæ utriqve Nucis vomi-
cæ, in lacte drachmam unam,
uni

uari vero ex iis cornu rasus
 paulo post ad gradum in coquens
 fuoco. Ambo convulsi micas
 sensere contorsiones, à quibus
 alter, cui & cornu exhibatum,
 vomuit, & convulsiones levio-
 res sentit, qui vivus & alacer
 tertio die dimissus, periret alter
 agitatus multis coagulationis
 bus, qui solam nucem sumis
 spatio mediis horarum. Posterum die
 ejusdem cornu vires experti
 sumus in uno cane, cuius con-
 vulsio multa, at non lethalis,
 & hinc sine vomitu convaluit.
 Agmen claudant *Medici Augu-*
stani, quorum verba in *Museo*
VVormiano inter alia haec sunt:
 Quin etiam visum est nobis ad

experientiam rerum Magistrā
 tanquam κριτήριον descendere,
 num viribus & facultate id pre-
 stare possit (oblatum nimirum
 unicornū) quod vero Mono-
 ceroti tribuitur, cuius usus ad-
 versus venena Alexipharmacum
 cum quoddam & præzabis Ber-
 zoardicis omnib⁹ venen⁹ pro-
 pulſandi pateſtatem ei inacceſſe
 perhibetur. Dato in præſen-
 tâ nostræ arsenico canijā mori-
 brando infusis hujus cornu ra-
 pientis renixit. Affirmat Anony-
 tas Lustanus, ſeipſam talam pro-
 bam feciſſe in duob⁹ pulſis
 columbinis, quorum unus, qui
 alexipharmacum non haufe-
 rat, inter horam obierat, alter

verò, qui cibiberat, quinque supervixit horis.

At negat Casp. Bartolinus vir limati judicij Arctoo huic unicoru inesse vim singularem adversus venena. Respondet Tulpius libr. 4. observ. Med. cap. 59. Nos tamen non semel hanc in ipso evidenter adhuc advertimus. Sed imposuit forte viro inclyto, quod in canibus fecit periculum sive per Arsenicum sive Mercurium sublimatum, quibus duobus potissimum in ejusmodi tentamentis utimur, quæ sicca atque adurentia venena ut maximè temperat lede aliquid oleum, sic adeò non refrenerat, ne dum coerget, quia potius

potius exasperat siccus nō modū hujus unicornu, verū etiam quorumcunq; cornuum pulvis.

Caput X.

De domesticis

Experimentis.

Nucem vomicā canibus & aliis coecis natis brutis præsentissimo esse veneratio scholæ tam Philosophorū quam Medicorum docent. Nō lubet jam controversiam trahere, an haec sit eadem apud Serapionem quam Selapsiarii Nux Metellam appellant, & ea, quam Serapio Metellam vocat, officinarum Nux vomicafit, quam

con-

controversiam eruditè decidit
 Amat. Lusitanus libr. 1. in *Dioscor.* de
Nucibus. Et ad longum explicat
Job. Baubinus lib. 3. *Hist. Plant.* p 341.
 Tom. 1. Hoc certum est, Nucem
 vomicam officinarum adhi-
 beri ad canes, feles & aves ne-
 cандos. Ideò Jacob. *Sylvius* lib.
 2. *de Nat. medicam. simpl.* scribit :
Nux vomica est, quę vomitum
 ciet & stupefacit. Canes & cer-
 vos eſu mox necat. Coeteras
 aves & pisces stupefacit, &, ut
 manu capi possint sopiti. Nar-
 coticam esse, & vel opio dete-
 riorem, de quo prius dubitabat
 Gesnerus, tandem facto expe-
 rimento certius cognovit. *Job.*
Baubinus loco agit. Neq; hisce ob-
 stat,

stat, quod haec noux hominibus
sit alexipharmacum. Eleuth-
rium de ovo ingrediatur, & ad
pestis præservationem à non
nullis linguae subdatur, vel ad
alios usus Medicos haud infeli-
citer usurpetur. Compertum
qvippe est, non omnia, qz
brutis animalibus venena sunt,
homini nocere, præsertim si ad
exiguâ quantitate exhibeantur,
& aliis alexiteriis & card-
acis stipata vel correcta sint. Et
igitur vires hujus virus experi-
rer, uniusque alteri cani Natis
vomicæ gr. x. propinavi. At hi
non diu superstites.

En igitur egregias antidoti
nostræ virtutes ostendam inves-

experimentis aliquot , quæ
ipsemet ego feci in præsentia
Rev. D. Danielis Sachsii patris
mei dilectiss. qui morte (proh
dolor) nimis immaturâ nobis
ereptus p.m. & cädidè, sincerè
& coronidis loco illa subjungā

Mense Februarii canicula 7
vel 8 circiter mensium devora-
tis cum pulte farinaceâ Nucis
vomicæ & Unicornu solidi ra-
spati gr. xii. anatice, vix qua-
drante ab haustu horæ in hy-
pocausto tepido incidit in gra-
vissimas convulsiones, quæ to-
tum corpus, maximè regionē
cordis, valdè torserunt. Bis sin-
gultavit, anhelitus graves cele-
res quæ duxit, spumâ multoqvè

L muco

muco ex ore ejectâ. Bestiola
 capite pedibusquè expansis in-
 star moribundæ ad tempus ja-
 cuit, corde cum horrendis in-
 sultibus conflictante. Continu-
 avit hic conflictus ad 3 horæ
 quadrantes, sensit postea inter-
 valla brevia, à quibus torsiones
 & convulsiones potissimum in
 posticâ corporis parte magno
 cum impetu redierunt. Per-
 stâ horâ cum quadrante vche-
 mencia convulsionum paulo-
 lùm remisit, at nondum sic be-
 stia liberata. Tremot pedis si-
 nistri posterioris non solùm
 cōtinuavit, accedente subinde
 novâ torsione, sed & cùm sur-
 gere conaretur, gravissimis te-
 rum

rum prostrata est convulsionibus. Ter conatus surgendi per intervalla repetitus, & à convolutionibus redeuntibus impeditus; facies tamen oculique latiora promittere cœperunt; passibus aliquot factis subinde cecidit tremula, sesqui- horâ elapsâ paroxysmus rediit vehemens sed brevis, relicto tremore cruris sinistri. Tandem posterioribus pedibus infidere cœpit quietior, & facie luri- dâ, corpore tremulo. Lum- bi claudicantes & graves à gressu inhibuerunt; exantla- tis hisce parùm edit, dormi- vit, sed inquieta, & horrori- bus subinde conquassata,

L 2 tan-

(164)

tandem sana hilarisquè disces-
sit.

Canis parvus senex hausit
Nucis vomicæ & rasuræ Uni-
cornu excavati gr. xvi. anatice. Sub
diu & in aëre subfrigido ul-
tra duas horas nullas expertus
convulsiones , tamen luridus,
meticulosus & tacitus pedibus
posterioribus insedit ; postea
convulsus per horam jacuit.
Surrexit liber ab omni convul-
sione, innixus podice cum flu-
xu continuo liquoris lenti ex
ore, more eorum, qui per sali-
vationem à lue venere curan-
tur. Horâ integrâ cum dimi-
dia elapsâ, cessante fluxu vel sa-
livatione , eosdē paroxysmos
con-

convulsivos passus, post quadra-
drantis horæ spatum apertis
faucibus spiritum emisit. In
hoc dignum notatu, quòd ul-
trabihorium à convulsionibus
liber fuerit, quòd hæc posteà per
horam cessaverint, quòd sali-
vatio copiosa excitata, quòd
quinque horas ab epoto vene-
no vita superstes, & hæc omnia
in aëre hyemali frigido & libe-
ro, qui cuivis morbidæ affecti-
oni & præsertim tali est inimi-
cus. Frigidum enim convulsi-
ones, tetanos nigrores & rigo-
res febriles adferre constat ex
Hippocrate apber. 17. feb. 5. Quis
movit, si benigniori usus aëre,
anne fuisset evasurus? calidam

quippe cutem emoilire, extenuare, dolorem lenire, convulsiones, tetanos & rigores mitigare, capitis gravitatem solvere testatur. Aphor. 12. sect. 5.

Canis octimestris Nucis volumæ gr. xv deglutivit cum frusto carnis. Post unicorn. solidi rasi accepit gr. xxv. Nihil male passus, nisi quod post tres horas oscitationibus, ruptibus & sequentibus corporis pedumque posteriorum tremoribus & cespitationibus alterationem quandam testatus fuerit. Coenâ sumptâ hilaris membra ad somnum compofuit. Die sequenti jenavit bene valens & saltans.

Hic

Hicidem eodē die circa meridiem iterum 15 gr. Nucis vomicæ cum totidem Monocerotis hausit. Post semihoram passus est leves & breves convulsiones, prostratus copiosū sanguinem ichirosum ex ore ejecit, brevi pōst expiravit. In corporis apertione lobī pulmonum magnā ex parte lividi & sanguine atro in sinistrā parte tincti; eodem turgidae & venae & arteriæ pulmonariæ cum venis gastricis. In fascibus mucus viscidus. Tota arteria adspersa usque ad bronchia reserata humore albo, spumoso salivali, qui qvò propior guttari, eo viscidior. Ven-

L 4 tricu-

triculi cordis cū auriculis pleni sanguine nigro coagulato, in reliquis visceribus nec in capite nihil insoliti observari. Videlur natura ex hesterno conflictu debilitata impar fuisse hosti novo majori cum impetu invadenti resistendo, cùm ne Hercules quidem contra duos.

Canis mediocris aetatis & staturæ ingurgitavit Nucis vomicæ gr. xvii. & Unicorni rafpari gr. xxv. sesquihoramellaris obambulavit, coepit oscitari, pandiculare, aurēs scalpare, & pedibus posterioribus vacillare. Sequuta convulsio horrenda cum maximis condis

an-

angustiis & pulsationibus. Ja-
cuit ceu moribundus , surre-
xit, stetit per horæ quadrâtem,
exsertâ linguâ anhelans ceu ca-
nis venaticus defatigatus. Pòst
membra defatigata ad quie-
tem composuit, sani instar se-
mihoram quievit. Tertiâ à de-
vorato veneno horâ paroxy-
smus rediit cum magnis hypo-
chondriorû inflationibus, cor-
dis pulsationibus & totius cor-
poris conquassationibus, prio-
ri vehementior. In agone con-
stitutus videbatur. At iterum
caput clavatic tremulus surre-
xit. Sequuti post moram ali-
quam multi novi paroxysmi
satis graves , sed non diuturni

cum multis anhelationibus,
 iaducia fuere per duas horas,
 parum edit, sed potum ipsum
 lac cum horrore & tremore a-
 versatus, quamvis sitis ingentis
 signa proderet plurima. Hora à
 pastu invasit paroxysmus prio-
 ribus immēsor & diuturnior,
 rictu aperto oculis contortis
 nullo motu in hypochondriis
 & cordis regione apparente a-
 nimam agere videbatur, humbi
 dorsumq; pedibus petio & pul-
 si sine motu, at pedes posterio-
 res prehensi & traxi levem mo-
 tum cdebāt. Duravit hæc ago-
 nia quadrantem horam. Cum
 actum de vita suspicaremur, il-
 le surrexit, & foras se proripuit.

Nox

Nox intēpesta plures observa-
tiones prohibuit. Manē è stra-
to surrexit, & foribus apertis in-
columis erupit, evasit.

Notatu prē reliquis in hoc di-
gnū judico 1. Quòd conflictus
ultra 7 horas durārit. Signū ve-
hemētis toxicī & generosioris
antidotī. 2. Quòd pleriq; horæ
spatio redierint, fortè ob circu-
lationē sanguinis. 3. Quòd nul-
lam spumam nullamq; salivati-
onem fecerit, sed in quolibet
paroxysmo lotium pingue &
flavum reddiderit. Indiciū ve-
hemētis in corpore turba-
tionis & humoris acrionis ad re-
nes & vesicā translati. 4. Quòd
dorsi lumborumq; rugilatio-

L 6 nes

nes non senserit vel nō curārit,
 at ad leviculum pedum tactum
 hōs attraxerit vel expanderit.
 Videtur malum ad exteriora &
 remotiora expulsum. 5. Quòd
 post pastum tam dirus rever-
 sus paroxysmus , cùm tribus
 horis jam liber fuerit. Forsan
 corpus eo oneratus , & veneni
 t & liquit ex citatæ & è ventricu-
 lo cum chylo denuò per venas
 disseminatæ fuerunt. 7. Quòd
 in quolibet paroxysmo ceu
 mortu⁹ jacuerit. Ortum ex in-
 genti hujustoxicī narcoticā vī.

Inscius, an Rasputra CC.
 vel eboris secundum Autores
 cap. IX. ubi de viribus Unicor-
 niuum agitur, nominatos, idem
 præ-

præstare, & cùm Uunicornu in eodem valore haberi possit, experimentis hoc edoceri volui, nam usus artium optimus Magister. Devorandum igitur cani Nucis vomicæ & raspatu-ræ CC. anat. gr. xiii dedi, hoc injurgitato post quadratis horæ spatium convulsiones horrendas sine intermissione cum fluxu salivæ continuò ex ore, urinæ emissione, passus per semihoram & extinctus.

Spiritum CC. rectificatum remedium nobile aduersus innumerous morbos & venenæ ef-ficacissimum inter medicamentorum ruminatores notum , interim quod minimè in prædictis effec-ti-

fectibus cum Unicornu sit cō-
 parandus, ex sequentibus pate-
 bit. Haec canis duorum an-
 torum Nucis vomicæ gr. xv, &
 spiritus C.C. drachmam semis
 pro antidoto. Sed quid? Paro-
 xysmorum nullas exinde acce-
 pit allevationes, nulla leviora
 symptomata, sed vi venenī ho-
 ræ spatio interemptus. Illa in
 præsentia Nobilissimi atq; Ex-
 perientissimi Viri Erici Frære-
 sen Phil. & Med. Doctoris fue-
 runt examinata & observata.
 An igitur hæc & similia cum
 Unicornu sint comparanda, in
 eodem pretio habenda, & pro
 antidoto venditanda, alio-
 rum judicio relin-
 quam.

EPILO-

EPILOGUS.

Ex hisce luce solis clarior radiat nobilis & efficax humus alexiterii vis. A brutis enim ad homines & ab iis, quæ in feris venenis resistunt, arcant, superant, expellunt, ad ea, quæ similem virtutem in homines exerceat, argumentum nobis jure licet, cum in hominibus ipsis ejusmodi experimenta facere & per mortes grassari, per humanitatem non liceat. Quod si successus promissis & votis non in omnibus respondeat, memores simus illius Ovidiani lib. 1. de Ponto Eleg. 4. ad Rufinum.

Non

*Non est in Medico, semper relevetur
ut ager,*

*Interdum docta plus valet arte
malum.*

*Afferat ipse licet sacras Epidaurius
herbas,*

Sanabit nulla vulnera cordis opus.

*Pulchrè Plutarchus: ut nemo mi-
retur liqvefactum, qvod potuit
liquefcere, sertum, quod erat
fertile, exustum, quod exustile,
ita mirandum non est, mortu-
um esse, qui erat mortalis. Quid
enim (verba sunt Augustini) in
hac terra certum est nisi mors ?*

*Considerate omnia, omnino
vel bona vel mala hujus vitæ;
quocunque te verteris, incer-
ta omnia, sola mors certa. Non
vero præterea in adversis even-
tibus*

tibus **fraus aliqua** in ipso **Uni-**
cornu commissa est. Non enim
 omnia esse genuina, quæ pro-
 talibus venditantur, suprà vi-
 dimus. Sunt non sëpe etiam
 ætate tempestatibusq; absum-
 pta & virtute spoliata. Nam
 non tantum in hominibus sed
 & in medicamentis & totâ re-
 rum universitate

Tarda senectus

*Debilitat vires animi mutatque
 vigorem.*

Ideò quantum in re medicâ
 intersit, ut deperdita & ætate
 consumpta vitentur, & recen-
 tiora succo viribusquè plena
 adhibeantur, novit tota *Aescu-*
lapii soboles.

M. M.

M

Noa

Non possimus igitur dignè
fatis mirari & venerari immen-
sam Dei bonitatem , qui non
tantū ex visceribus terræ mon-
tiumquè cacuminibus, sed etiā
ex abysso maris producit, quæ
in mortalium utilitatem & sa-
lutem tam prosperè cedunt. In
pelago inveniuntur Unicor-
nes, ex pelago protracta Uni-
cornua, quæ margaritarum in-
star in Gazis Regum olim cu-
stodita, & frustra in incultis A-
fricæ Americæquè nemoribus
vel cacuminibus tanto cū stu-
dio à majoribus quæsita sunt.

Quæ lucra ex monstrosis Ba-
lænatum cadaveribus quotan-
nis colligantur vel. potius de-
ciora

11

posca d-

poscantur, noto notius est. Implet hæc bestia non tantū multos lardi oleiquè tonnas, sed etiam in Priapo exhibet medicinam, h. e. Spiritum & Sal volatile in Nephriticis & affectibus mulierum præsentissimum & certissimum remedium, uti in quotidianâ praxi haud cum parvo successu observavi.

Quid jā *despermate ceti?* quod à nonnullis Holophantis Ambra vel succinum marinum dicitur, & quidem quod *Caspar Hoffmann*, ingenuè, nescio, quid sit?

Rectè quidem *Sennertus lib. 5. Natur. Scient. cap. 13.* negat hoc semen esse è vulvâ Balænarum.

M 2

Ac

At in eo errat, quod dicat pinguedinem marinam seu spumā maris. *VVormian. Musaum libr. 1. c. 74.* fatetur esse pinguedinem quandam mari innatantem instar minutarum squammarum piscium aut furfurum. Verū idem ipsum etiam negat esse spumā maris, & ex Balænis ortum vel desumptum affirmat. *Thom. Brocen. libr. 3. Pseudodox. Epidem. cap. 26.* refert in littore Nordfolikenſi Anglorum ante annos aliquot ejectum fuisse cetū, ex cuius capite non tantum oleū & spermatis ceti fluixerint rivuli, sed & cratii aperio penū spermatis repertum in cellulas divisum magnitudine

ovi

Ovi anserini, tectū laminis, formā favi, colore albo, refertum oleo. Partem spermatis in littore ejectā fuisse purum, nec purgatione indiguisse, sed partem magnam oleo foetido mixtam.

Addit raro cōtingere, ut nautis Grönlādīcis talis piscis occurrat, esse accidentale quid, Eadem ferè habet Mus. VVorm.

Clusius lib. 4. Exoticor. cap. 17. Barth. lib. 4. bist. c. 24. Certum est Amsterodami, Hamburgi, Hafniæ & alibi dari, qui hoc ex cranio ceterorum arte confici vel extrahi nōrint. Modū describit Hoffm. lib. 3. *Pharmacop. Medic. Chym. cap. 31.* Hoc sperma verò quātæ sit virtutis in sanguine grumoso solvendo, in tumoribus mam-

marum

marum discutiendis. Itē in colicā, suffocatione hystericā, passione hypochondriacā, tormentis infantum, doloribus puerarum, asthmate, catarrho suffocativo, Medicorum scholis notum. Sed rancidum non esse debet, aliás plus nocebit, quām proderit.

Sanè ad miraculum usque formatum neque unquam satis laudatum cornu unicornis ex profundis productum excitat nos, ut cum regio Prophetā exclamemus : Laudate Dominum ex profundis, vos Balænzæ & omnes abyssi, omnia, quibus Spiritus, laudent Dominum, Hallelujah.

Senec. Bonarum rerū et si successus non fuerit, conatus ipse honestus est.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS
ONACIA

I N I S.